image
not
available

Digitized by Google

Digitized by Google

INSCRIPTIONES ROMANAE

INFIMI AEVI ROMAE EXSTANTES

TOMUS I.

Digitized by Google

Digitized by Google

INSCRIPTIONES ROMANAE

INFIMI AEVI

ROMAE EXSTANTES

OPERA ET CURA

D. PETRI ALOYSII GALLETTI ROMANI

MONACHI CASINENSIS

IN BIBLIOTH. VATIC. LINGUAE LATINAE PROFESSORIS

COLLECTAE.

TOMUS PRIMUS.



ROMAE MDCCLX.

TYPIS JO. GENEROSI SALOMONI BIBLIOPOLAE

PRAESIDUM FACULTATE.

Digitized by Google

Digitized by Google



Gio Batta Piani inv e del. Ant. Zaballi fil.

Digitized by Google

1.7.38

Digitized by Google

CLEMENTI . XIII
P . O . M

QVOD
AD . REIPVBLICAE . LITTERARIAE . BONVM
ET . AETERNAE . VRBIS . SPLENDOREM
CIVICA . INFIMI . AEVI . MONVMENTA
AERARII . CAPITOLINI . IMPENDIO
TYPIS . EXPRESSA
IN . LVCEM . EDI . IVSSERIT

S . P . Q . R

PRINCIPI . BENEFICENTISSIMO
CVIVS . INDVLGENTIA
PIETATE . SOLA . SVPERATVR

HORTENSIO . CEVA . BVTIO . MARCHIONE)
IOHANNE . PAVLO . DE . CINQVE) COSS
HIERONYMO . SERLVPIO . CRESCENTIO . MARCHIONE)
PHILIPPO . BERNARDINIO . COMITE) CAPITVM . REGIONVM . PRIORE

Digitized by Google

PRAELOQUIUM.

QUod felix, fauſtum, fortunatumque ſit Reipublicae litterariae bono & commodo, praeſertim vero AETERNAE URBIS ſplendori ac ornamento, en prodit in lucem volumen primum Inſcriptionum infimi aevi Romae exſtantium, quas Romanorum civium eſſe conſtat.

Ad antiquitatis cujuſcumque generis atque aetatis monimenta curioſius inveſtiganda, ac deſcribenda, a natura, ut ita dicam, comparatus, in ipſo primo adoleſcentiae meae flore, cum nedum ſatis concepti animo laboris pretium intelligerem, eruditum hoc ſane & maxime laborioſum opus ſuſcepi, colligendi nimirum quotquot Romae ſunt tum in publicis tum in privatis quibuſcumque locis Inſcriptiones ad infimum aevum pertinentes. At quoniam nulla toto orbe terrarum gens eſt, quae aut veteris Romanae potentiae, ſuperſtitioniſque admiranda viſendi cauſſa, aut pietatis, &
obſe-

Digitized by Google

obſequii ergo ſuorum aliquem Romam mittere non conſueverit , Romam inquam ,

quae paſtoralis honoris
Facta caput Mundo quidquid non continet armis
Relligione tenet ;

& quae aequo bonoque jure, veluti omnium gentium communis patria, nullum hominum grato hoſpitio excipere, nulli benemerenti, (quod quidem maxime ad ejus amplitudinem, auctoritatemque ſervandam intereſſe prudens nemo ambigere poteſt) non praemia, non honores proponere, offerre, atque elargiri dedignatur; factum inde eſt, ut ita haec mea excreverit collectio, ut difficillimum mihi fore ſenſerim una ſimul totam typis impreſſam vulgare poſſe, ideoque vulgandi eam partitim, ſapientum amicorum hortatu conſilium coeperim.

Huic autem conſilio qui adiutricem manum omnium primus praeſtitit, vir fuit avitae nobilitatis ſplendore, virtutumque omnium laude, praecipue vero in bonas litteras, quas ipſe colit, amore ſpectatiſſimus, *Petrus Andreas Cappello* : certior enim factus, dum apud Sanctam Sedem

dem Oratoris munere maximo Urbis plauſu fungeretur, de ſuſcepti a me operis inſtituto atque ratione, ſtatim ſingulari humanitate, ac munificentia, ut praeſtantiſſimae *Venetorum* nationis ſuae quaecumque collegeram monimenta typis quam liceret emendatiſſime exprimi curavit. Quod & deinde de *Bononienſibus* factum eſt auſpiciis, & ſumptibus beatiſſimae memoriae pontificis *Benedicti XIIII.* cujus pietatis, conſilii, doctrinae, egregiorumque facinorum memoria nullo umquam tempore interibit.

Nunc vero, quod maxime cordi erat, ut civicae ipſae inſcriptiones quamprimum prodirent, fortunatiſſime evenit ſub Clemente XIII. P. O. M. principe Romani nominis amantiſſimo, & qui difficillimis temporibus in ſuprema humanae dignitatis arce conſtitutus in tanta graviſſimorum negotiorum mole pro eximia illa, qua Urbem Romam complectitur caritate, ejuſdem commodis, gloriae, atque ſplendori, cura, opera, gratia providere nuſquam deſinit. Cum enim nobiles conſcripti viri marchio *Hortenſius Ceva*,

Johannes Paulus de Cinque, & marchio *Hieronymus Serlupius* eruditione, ceteriſque praeclari animi dotibus abunde ornati, Conſervatorum Camerae Capitolinae munus adminiſtrarent, ac pro patriae decore optima quaeque ſectari magnopere ſtuderent, bene ac ſapienter comprehenderunt quantae utilitatis, quantaeque gloriae eſſet, ut hae civicae inſcriptiones Orbi litterario univerſo innoteſcerent, & immortalitatem quamdam adipiſcerentur, qua de re ab optimo Principe impetrarunt, ut ejuſdem Camerae ſumptibus opus in publicam lucem prodiret.

Jamvero cum duo priora *Venetarum* nempe, & *Bononienſium* inſcriptionum volumina per manus hominum jam volitent, ex iis judicium facere quiſque poteſt qua methodo hac in re perficienda uti mihi placuerit, & quanto labore ac diligentia mihi opus fuerit, ut tot inſcriptiones certo quodam ordine diſponerem, taleſque quales jacent exhiberem. Cum autem hoc unum mihi, cum opus adgrederer perficeremque, propoſue-

ſuerim, ut monimenta, nequedum temporis jacturam paſſa, nec hominum oſcitatione deperdita, typorum ope ſplendidiorem ad lucem reviviſcerent, & ad omnem poſteritatem propagarentur, ut quilibet cujuſque nationis litteratus homo ea in proprium uſum revocare, ſique libuerit, commentario etiam augere commode poſſet, miror equidem nonnullos eſſe, qui aequo non ferant animo, quod ab adiiciendis notis, & obſervationibus omnino abſtinuerim. Ubi quis ultro ac ſponte ſua in utili aliquo, honeſtoque exantlando labore locat induſtriam, cur non libere atque tranquille ingenio ſerviat ſuo? Ad haec: Scias volo, a natura ipſa, & parentum inſtitutione, & uſu vitae ita me eſſe animatum, ut ab iis ſemper abhorruerim, quibus cuique rem minus gratam facerem. Cum enim hujuſmodi collectio ea proferat monumenta, quae maxima ex parte ſuperſtitum adhuc atque florentium familiarum juris ſunt, praevidebam pleroſque, ubi notas addidiſſem, conclamaturos, vel nimis, vel parum me dixiſſe,

quod quidem mihi plurimum moleſtiarum adtuliſſet. Et quidem hanc mei conſilii rationem ſapientiſſimi pontificis *Benedicti XIIII.* maximo quidem, atque graviſſimo judicio probatam, laudatamque fuiſſe compertum eſt mihi, & vehementer gaudeo.

Ab iis vero, qui utpote minus cordati homines obiecere, cum duo priora harum inſcriptionum volumina edita ſunt, multas in aliis etiam editis libris ſparſim reperiri, hoc unum rogabo, ut mature perpendant quam utile ſit ea in unum colligi, quae multis variiſque in locis habentur; deinde ut collatis quae ab aliis prolata ſunt cum hiſce meis, videant quam ſaepe plura ab iis immutata ſint, plura proprio ingenio ſuppleta, plura innumeris mendis adſperſa.

Haec habui, quae monerem. Tu interim quiſquis es, amice lector, fruere praeſentibus, & ut monimentorum ad ceteras nationes pertinentium volumina ſuas in claſſes jam diſpertita atque diſpoſita, lucem quantocius adſpiciant, plauſum impende tuum, & gratiam, & operam.

CLE-

Digitized by Google

CLEMENS PP. XIII.

AD FUTURAM REI MEMORIAM.

CUM dilecti filii Conſervatores noſtrae Almae Urbis Romae propoſuerint Nobis expedire quamplurimum, ut in publicam lucem edatur liber, cui titulus: *Inſcriptiones Romanae infimi aevi Romae extantes, opera, & cura D. Petri Aloyſii Galletti Romani Monachi Caſinenſis in Bibliotheca Vaticana linguae Latinae Profeſſoris collectae*, in tria, ſeu plura diſcretus volumina, ne, ſicuti antea contigit, injuria temporum adhuc in dies pereant illuſtria quaedam Antiquitatis monumenta, quae non tam eruditorum hominum elucubrationibus proficua ſunt, verum etiam Populi Romani gloriam ſervant, Familiarumque condecorant nomina, Nos, qui ejuſdem dilectos filios paterno amplectimur benevolentiae, & caritatis affectu, hancque ob cauſam quidquid hujus Almae Urbis decus, & ornamentum reſpicit, perpetuo tueri, & Literatorum inſimul, Romanorum verò praeſertim ſtudiis plurimum favere cupimus, eorum votis, ac precibus animum intendentes lubenter conceſſimus per Chirographum manu noſtra ſignatum die XII. Martii praeſentis anni, ut Capitolini Ærarii ſumptu, Generoſi Salomonii Romani Typographi conducerent operam ad hanc editionem nitide, eleganterque perficiendam.

Quoniam autem, ſicut iidem Conſervatores porrecto Nobis ſupplici libello nuper expoſuerunt, verentur, ne, poſtquam tale Opus in publicum exierit, aucupantes alii ex alienis laboribus fructum, librum eumdem de ſuis exemplaribus iterum excudere, vel excudi ſatagant

gant in detrimentum ejuſdem Ærarii: hinc eorum indemnitati proſpicere volentes, Pontificia auctoritate vetamus, ac prohibemus, ne poſtquam Liber hic debita cum venia in lucem emiſſus fuerit, tam praefatus Generoſus Salomonius, quam alius quiſpiam per integrum decennium audeat neque in Urbe, neque in tota Eccleſiaſtica Ditione Nobis immediate, vel mediate ſubjecta, ſive Librarius, ſive Calcographus, ſive Bibliopola, vel cujuſcunque gradus, aut dignitatis fuerit, eumdem imprimere, vel imprimi facere, vel aliis impreſſum vendere, aut venalem proponere ſub poena amiſſionis Librorum, Typorum, & quorumcumque ejuſdem artis inſtrumentorum, ac inſuper quingentorum ſcutorum auri de Camera, quae omnia, ac ſingula pro medietate ipſi Capitolinae Camerae adſcribantur, pro altera vero accuſatoribus, & Judicibus exequutoribus aequis portionibus dividantur, niſi conſtiterit dilectos Filios Conſervatores, ac Nobilem Conſcriptum Joannem Paulum de Cinque, quem in memorato ſuperius noſtro Chirographo editioni, ac venditioni hujus Operis praeeſſe juſſimus, ac inſuper dictae Capitolinae Camerae Fiſcalem novae Impreſſionis, aut venditionis veniam ſcripto prius conceſſiſſe. Mandantes propterea univerſis, ac ſingulis dilectis filiis noſtris de latere Legatis, Praeſidibus, Gubernatoribus, Praetoribus, aliiſque omnibus, ad quos pertinet, ut requiſitis ab iiſdem Conſervatoribus, vel ab aliis eorum nomine agentibus, haec omnia inviolabiliter obſervari faciant, contrariis quibuſcunque non obſtantibus Conſtitutionibus, Privilegiis, ordinationibus etiam Pontificia auctoritate firmatis; quibus perinde ac ſi de verbo ad verbum hic deſcriptae fuiſſent, pro hac

tan-

Digitized by Google

tantum vice derogatum volumus. Praecipientes tandem, ut præſentium literarum Exemplis vel in libro impreſſis, vel manu publici Notarii ſubſcriptis, & ſigno alicujus Perſonae in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutae munitis eadem fides etiam in Judicio habeatur, quae ipſi haberetur Authographo. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XI. Aprilis MDCCLX. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Thomas Emaldius.

Praeſentes literae Apoſtolicae in forma Brevium Sanctiſſimi D. N. D. Clementis Divina Providentia PP. XIII. de mandato Excellentiſſimorum DD. Conſervatorum regiſtratae fuere per me infraſcriptum Pro Incliti Populi Romani Scriptorem exercentem in libro currenti ejuſdem Populi ſub foliis 39. & 40. ad quae ſemper &c. In fidem &c. ex Capitolio hac die XV. Aprilis 1760.

Ita eſt Camillus Randaninus Pro Inc. Pop. Rom. Scrip. Exer.

ELEN-

Digitized by Google

ELENCHUS

TOMI PRIMI.

DEDICATIO Pag. 5
PRAELOQUIUM 7
BREVE SS. D. N. CLEMENTIS XIII. P. O. M. 13
SUMMI PONTIFICES claſſis prima I
S. R. E. CARDINALES claſſis ſecunda CLXXIX
EPISCOPI claſſis tertia CCCXV
ABBATES, PRAESULES, SACRIQUE CONSISTORII ADVOCATI claſſis quarta CCCLV
SACERDOTES, ET CLERICI claſſis quinta CCCCXVII
RELIGIOSI UTRIUSQUE SEXUS claſſis ſexta DIII

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

D. Giordani Archiep. Nicomedien. Viceſg.

IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Auguſtinus Ricchinius Ordinis Prædicatorum Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

SUMMI

Digitized by Google

SUMMI PONTIFICES
CLASSIS PRIMA.

S. SILVESTRI I.
A. C. CCCXIIII.

I.

S. Johannis in Laterano.

Opere muſivo, intra apſidem.

AVGVSTVS CAESAR TOTVM CVM DVCERET ORBEM
CONDIDIT HANC AVLAM SILVESTRI CHRISMATE SACRAM
IAMQVE SALVTIFERA LEPRA MVNDATVS AB VNDA
ECCLESIAE HIC SEDEM CONSTRVXIT PRIMVS IN ORBEM
SALVATORI DEO QVI CVNCTA SALVBRITER EGIT
CVSTODEMQVE LOCI PANDIT TE SANCTE IOHANNES
INCLINATA RVIT SENIO VOLVENTIBVS ANNIS
SPES DVM NVLLA FORET VESTIGIA PRISCA RECONDI
SERGIVS AD CVLMEN PERDVXIT TERTIVS IMA
CESPITE ORNAVIT INGENS HAEC MOENIA PAPA

2.

S. Silveſtri in Capite.

In pariete.

S. SILVESTRI . PAPAE . ET . CONFESSORIS
CORPVS . VENERABILE
A . PAVLO . I. PON. MAX. DIE . XIX. IVNII
INTRA . MOENIA . VRBIS
MIRIFICA . POMPA . TRANSLATVM
IN . HAC . A . SE . CONSTRVCTA . ECCLESIA
ET . EIVSDEM . S. NOMINE . DICATA
OPIPARE . CONDITVM . FVIT

Digitized by Google

EXIN. CLEM. VIII. PP.
RENOVATA . OB . VETVSTATEM . ECCLESIA
IDEM . S. SILVESTRI . CORPVS
CLERO . POPVLOQVE . PRAESENTIBVS
SVBTER . ALTARE . MAIVS . INVENTVM
AC . IBIDEM . DIGNISSIME . REPOSITVM
CVM . S. S. PONTI . STEPH. ET . DION
ALIORVMQ. SANCTORVM . RELIQVIIS
HONORIFICA . DEVOTIONE
SERVATVR
EX . LITTERIS . APOSTOLICIS . SVMMORVM . PONTIFICVM . PAVLI . I
AGAPITI . II. ATQVE . EX . INVENTARIO . ET . RELIQVIS. ACTIS
CVRIÆ . VICARII . VRBIS. ANNO . MDXCVI. INDICTIONE . IX

3.

S. Martini ad Montes.

In pariete.

D. O. M.
INNOCENTIO . X. ROM. PONT. MAX.
BASILICAM . AEQVITII . A. SILVESTRO . I
IVXTA . THERMAS . IMPERATORIS . TITI . ERECTAM
A . CONSTANTINO . MAGNO . DITATAM
A . SYMMACHO . I. REAEDIFICATAM
AB . ADRIANO . I. SERGIO . II. LEONE . IIII. REPARATAM
AEVO . LABANTEM . PATERNO . AERE
F. IO. ANT. PHILIPPINVS . ROM. GENERALIS . CARMEL
RESTAVRAVIT . ET . ORNAVIT
ANNO . IVBILEI . M. D. C. L.

4.

Ibidem.

In pariete.

BENEDICTO XIII SEDENTE
HANC BASILICAM A SILVESTRO PMO ERECTAM ILLMVS
AC RMVS DNVS IOES BAPTA GAMBERVCCIVS ARCHIEPVS
AMASIENSIS SOLEMNI RITV CONSECRAVIT IV
KALENDAS IVNY MDCCXXIX

S. CAE-

Digitized by Google

CLASSIS I.

S. CAELESTINI I.

A. C. CCCCXXIII.

5.

S. Sabinae.

CVLMEN APOSTOLICVM CVM CAELESTINVS HABERET
PRIMVS ET IN TOTO FVLGERET EPISCOPVS ORBE
HAEC QVAE MIRARIS FVNDAVIT PRESBYTER VRBIS
ILLYRICA DE GENTE PETRVS VIR NOMINE TANTO
DIGNVS AB EXORTV CHRISTI NVTRITVS IN AVLA
PAVPERIBVS LOCVPLES SIBI PAVPER QVI BONA VITAE
PRAESENTIS FVGIENS MERVIT SPERARE FVTVRAM.

S. FELICIS III.

A. C. CCCCLXXXIII.

6.

SS. Coſmae & Damiani in Foro Boario.

In pariete.

VRBANVS VIII. PONT. MAX.
TEMPLVM GEMINIS VRBIS CONDITORIBVS
SVPERSTITIOSE DICATVM
A FELICE III
SANCTIS COSMAE ET DAMIANO FRATRIBVS
PIE CONSECRATVM
VETVSTATE LABEFACTATVM
DEIECTIS LATERALIBVS PARIETIBVS
TOTIVS SVPERIORIS BASILICAE A SE EXAEDIFICATAE
EXCITATIS
FORNICE MEDIAE INTER INFERIOREM ET HANC EXTRVCTO
NOVO IMPOSITO LAQVEARI
AREA DENIQVE COMPLANATA
IN SPLENDIDIOREM FORMAM REDEGIT
AN. SAL. M. DC. XXXII. PONTIF. X.

Digitized by Google

IOHANNIS II.

A. C. DXXXII.

7.

S. Petri ad Vincula.

In pariete.

SALBO PAPA N. IOHANNE COGNOMEN
TO MERCVRIO EX SCE ECCL. ROM. PRESBYTE
RIS ORDINATO EX TIT. SCI CLEMENTIS AD GLO
RIAM PONTIFICALEM PROMOTO BEATO PETRO
AP. PATRONO SVO A VINCVLIS EIVS SEVER PB OFRT
ET IT. PC LAMPADI ET ORESTIS. VV. CC. VRBIICLVS CEDRI
NVS EST

IOHANNIS III.

A. C. DLX.

8.

In cryptis Vaticanis.

In pariete.

LICENTIA. SEPELIENDI. IN
BASILICA. S. PETRI. CONCESSA
A. IOANNE. PP. III. AN. DLXIII.
MARCELLO. SVBDIACONO
REGIONIS VI. E. RVINIS. SERVATA. AN.
MDCXVII.

Sub eadem inſcriptione vetus lapis habetur, nempe.

LOCVS MARCELLI SVBD. REG. SEXTE CONCESSVM SIBI ET POS
TERIS EIVS A BEATISSIMO PAPA IOANNE
VIXIT ANN PLM LXVII DEP. PC BASILI VC ANN XXII
IND. XI. VNDECIMA KA IANVARIAS

S. GRE-

S. GREGORII MAGNI

A. C. DXC.

9.

In baſilica S. Pauli in Via Oſtienſi.

✠ GREGORIVS EPISC. SERVVS SERVORVM DI. FELICI SVBDIAC. ET RECTORI. PATRIMONII APPIAE

LICET OMNIA QVAE HAEC APOSTOLICA HABET ECCLESIA BEATORVM PETRI AC PAVLI QVORVM HONORE ET BENEFICIIS ADQVISITA SVNT

D̄O SINT AVCTORE COMMVNIA . ESSE TAMEN DEBET IN AMMINISTRATIONE ACTIONVM DIVERSITAS PERSONARVM VT IN ADSIGNATIS CVIQVE

REBVS CVRA ADHIBERI POSSIT IMPENSIOR . CVM IGITVR PRO ECCLESIA BEATI PAVLI APOSTOLI SOLLICITVDO NOS DEBITA COMMONE

RET NE MINVS ILLIC HABERE LVMINARIA ISDEM PRAECO FIDEI CERNERETVR QVI TOTVM MVNDVM LVMINE PRAEDICATIONIS IMPLEVIT ET VAL

DE INCONGRVVM AC ESSE DVRISSIMVM VIDERETVR VT ILLA EI SPECIALITER POSSESSIO NON SERVIRET IN QVA PALMAM SVMENS MARTY

RII CAPITE EST TRVNCATVS VT VIVERET VTILE IVDICAVIMVS EANDEM MASSAM QVAE AQVA SALVIAS (ſic) NVNCVPATVR CVM OMNIBVS

FVNDIS SVIS IDEST . CELLA VINARIA . ANTONIANO . VILLAPERTVSA . BIFVRCO . PRIMINIANO . CASSIANO . SILONIS . CORNELI

TERSELLATA . ATQVE CORNELIANO CVM OMNI IVRE INSTRVCTO INSTRVMENTOQVE SVO ET OMNIBVS GENERALITER AD EAM

PER-

Digitized by Google

PERTINENTIBVS EIVS CVM XPI GRATIA LVMINARIBVS DEPVTARE
ADICIENTES ETIAM EIDEM CESSIONI HORTOS DVO' PO

SITOS INTER TIBERIM ET PORTICVS IPSIVS ECCLESIAE EVNTIBVS
A PORTA CIVITATIS PARTE DEXTRA QVOS DIVIDIT FLVVIVS

ALMON INTER ADFINES HORTI MONASTERII SCI STEPHANI QVOD
EST ANCILLARVM DI POSITVM AD SCM PAVLVM ET AD

FINES POSSESSIONIS PISINIANI SIMVL ET TERRVLAS QVAE VOCAN-
TVR FOSSA LATRONIS POSITAS. IDEM IVXTA EAN

DEM PORTICVM EVNTIBVS SIMILITER A PORTA PARTE SINISTRA
VBI NVNC VINEAE FACTAE SVNT QVAE TERRVLAE CO

(ſic) HAERENT AB VNO LATERE POSSESSIONI EVCENITIS QD SCO-
LASTICI ET AB ALIA PARTE POSSESSIONI MONAST. SCI ARISTI QVAE

OMNIA QVONIAM DO ADIVVANTE PER ANTEDICTAE ECCLESIAE
PRAEPOSITOS QVI PER TEMPORA FVERINT A PRAESENTI SEP

TIMA INDICTIONE VOLVMVS ORDINARI ET QVIDQVID EXINDE AC-
CESSERIT LVMINARIBVS EIVS INPENDIAT QVAE IPSOS EXIN

DE PONERE RATIONES IDCIRCO EXPERIENTIAE TVAE PRAECIPIMVS
VT SVPRASCRIPTAM MASSAM AQVAS SALVIAS CVM PRAE

NOMINATIS OMNIBVS FVNDIS SVIS NEC NON HORTVS ATQVE TER-
RVLAS QVAE SVPERIVS CONTINENTVR DE BREVIBVS SVIS DELE-
RE DEBE

AT AC AVFERRE ET CVNCTA AD NOMEN PRAEDICTAE ECCLESIAE
BEATI PAVLI APOSTOLI TRADERE QVATENVS SERVIENTES IBI
PRAEPOSITI

OMNI POST HOC CARENTES EXCVSATIONE DE LVMINARIBVS EIVS
ITA SINE NOSTRA STVDEANT SOLLICITVDINE COGITARE VT NVL-
LVS IL

LIC VMQVAM NECLECTVS POSSIT EXISTERE FACTA VERO SVPRA-
SCRIPTARVM OMNIVM RERVM VOLVMVS VT HOC PRAE

CE.

Digitized by Google

CEPTVM IN SCRINIO ECCLESIAE NOSTRAE EXPERIENTIA TVA RESTITVAT BENEVALE

DAT. VIII. KAL. FEBRVARIAS IMP. DN N FHOCA (ſic) PP. AVG. ANNO SECVNDO ET CONSOLATVS (ſic) EIVS ANNO PRIMO IND. SEPTIMA

10.

SS. Johannis & Pauli.

In pariete.

✠ GREGORIVS EPVS SERVVS SERVORV
DI. DILECTISSIMIS IN XPO FILIIS DS DEDIT CAR
ET IOHI ARCHIPBRO. TT. SCOR. IOHIS ET PAVLI:
ET P VOS IN EODE TT. IMPP. CREDITE SPECVLATI
ONIS. IMPELLIMVS CVRA. ETIA ARDORE XPIANE
RELIGIONIS ET STVDIO DIVINI CVLTVS PMOVEM
PRO VENERABILIORV PIORV Q. LOCORV PCOGITARE
STABILITATE. ATQ. DO SERVIENTIV SECVRITATE.
VT HOC PVENIENTE PIO LABORE ET ANIME XPO
DICATE. EIQ. SE ILLI DIEBVS VITEQ. SERVI
RE DECREVERVNT PSEVERENT ET IPTVRBATE
NEC NINILLA MANEANT FINE TENVS FIRMA QVE
A XPIANIS IN DI LAVDE CSTVCTA SVNT
QA IGIT DILECTIO ATQ. RELIGIOSITAS VRA
PETIIT NOBIS QVATINVS HOS FVNDOS
IN INTEGROS SITOS. TERRIT. BELLITRINENS.
MIL. XXII. AC. IN ALIIS LOCIS

Ibi-

II.

Ibidem.

✠ TERRIT BELTR. MIL. XXII ✠

✠ FVND. MVCIANVS IN INTEGRO

FVND. COSCONIS IN INTEG. VBI SVP

FND. PRETORIOLVS IN INT. VBI SVPRA

FVND. CASACATELLI IN INTEG. VBI SVPRA

FVND PROCLIS IN INT. VIA APPIA ML. XIII

FND VIRGINIS IN INT. VIA APPIA ML. II CVMPANTAN.

FVND. CAPITONIS VIA ARDEATINA MIL. III

FND. FONTEIANVS IN INT. VIA SSTA ML. V

FND. FAVSIANVS IN INT. VIA SSTA MIL. PLM. XII

FND LAVSIANVS IN INT VIA SSTA MIL. SSTO

FND CARBONARIORVM IN INT. VIA SSA MP. VIIII

FND PVBLICA IN INT. VIA LATINA MIL. PLM. XI

FND CASA QVINTI IN INT. VIA LATIN. M. PLM XI

FND LACITIANVS IN INT. VIA LAVICANA M. XV

FND SERGIANVS IN INTEGRO VBI SVPRA

FVND. SEPTEMINVS IN INT. VIA

FVN. CAESARIANVS IN INT. V. PENESTRINA M. XXX

FN STAGNIS IN INT. VIA LATINA. ML. PL. M. XXX

FVN. CASALVCI IN INT. VBI SVPRA

FVN CASACELLENSE. VIA APIA ML XIII

VRE ÆCCLE CFIRMAREM'

ET NOS IA C FIRMAM' V SI Q. S Q.

TEMERATCR EXTITIT ANATHE

MATIS VINCLO SVBIACEA I PP

(Left margin, vertically:) N O T I T I A F V N D O R V M I V R I S T I T V L I H V I V S

(Right margin, vertically:) C O N S T A N T I N V S S E R V V S S E R V O R V M

S. Lau.

12.

S. Laurentii in Lucina.

In pariete.

D. O. M.
SACRVM HOC DIVO LAVRENTIO TEMPLVM
A B. LVCINA VID. MATRONA ROMANA
EXCITATVM
A D. GREGORIO AD VOTIVAM SVPPLICATIONEM
DELECTVM
A S. BENEDICTO II. RESTITVTVM
A COELESTINO III. POMPA CELEBERRIMA
CONSECRATVM
A. PAVLO. V. PLVRA POST SAECVLA
RELIGIONI CLERIC. MINORVM ATTRIBVTVM
EVECTO FASTIGIO SACELLIS DISPOSITIS
SANCTORVM SIMVLACRIS EXPRESSIS
QVORVM CORPORA RELIQVIASVE RECONDIT
LAQVEARI DEMVM SVPERINDVCTO
EXORNATVR
ANNO IVBILAEI M. DC. L.

13.

S. Gregorii in Monte Coelio.

In pariete atrii ſacelli Gregoriani.

D. O. M.
VETVSTISSIMO COLLABENTE COEMETERIO
SANCTI GREGORII MAGNI PRECIBVS
PRO ANIMABVS DEFVNCTORVM CELEBERRIMO
IN MELIOREM HANC FORMAM
A FVNDAMENTIS RESTITVTO
ABBAS ET MONACHI CAMALDVLENSES
M. PP. A. D. MDCCXLIIII

Digitized by Google

14.

Ibidem.

LOCVS . HIC . EST
QVEM . IOANNES . DIACONVS
FONTEM . GREGORIANVM . ADMIRABILEM
ET . SALVBERRIMVM . VOCAT
E . CVIVS . TECTO
DOMINICVS . MONASTERII . PRAEPOSITVS
AD . MALVM . VSVM . TEGVLAS . AVFERENS
S. GREGORIVM . SENSIT . VLTOREM

15.

S. Salvatoris ad Thermas.

In pariete, inſcriptio recens.

S. GREG. PP. ET DOCTOR ECCLEX. HANC ECCLESIAM IN HONOREM
S. SALVATORIS CONSECRAVIT AC OMNIBVS VERE PÆNITENTIB

ET CONFESSIS ILLAM DEVOTE VISITANTIBVS SINGVLIS DIEBVS SEPTEM

ANNORVM ET TOTIDEM QVADRAGENARVM SINGVLIS VERO DIEB
QVADRAGESIMA PLENARIAM INDVLGENTIAM CONCESSIT DEINDE

SILVESTER GREG. ET NICOL. ROMANI PONTIFICES PEREGRINIS HANC

ECCLESIAM DEVOTE VISITANTIB. ETIAM INDVLGENTIAM PLENARIAM

CONCESSERVNT POSTREMO VERO TAM PRAEFATI QVAM ALII ROMANI

PONTIFICES EAM VISITANTIB. TEMPORE QVADRAGESIMÆ DVORVM
MILLIVM DVCENTOR. ET SEXAGINTA ANNOR. SINGVLIS AVTEM TOTIVS

ANNI

Digitized by Google

ANNI DIEBVS MILLE CENTVM ET TRIGINTA ANNOR. INDVLGENTIAM AD PERPET. REI MEM.

SVB MAIORI ALTARI S.GREG. INFRASCRIPTAS RELIQVIAS PROPRIIS MANIBVS IN CONSECRATIONE HVIVS ECCLESIAE POSVIT VIDELICET DE TRIBVS LIGNIS S. CRVCIS DE VELO B. M. V. DE RELIQVIIS APOST. PETRI ET PAVLI ANDREÆ IACOBI BARTHOL. PHILIPPI ET B. IOAN. BAPTÆ SS. CRISOGONI COSMÆ ET DAMIANI SS. ANASTASIÆ BALBINÆ FELICITATIS ET FELICVLÆ AC PLVRIMOR. ALIOR. SANCTOR. ET SANCTARVM

S. GREGORII II.

A. C. DCCXV.

16.

S. Petri in Vaticano.

In porticu.

✠ DOMINIS SCIS AC BEATISS PETRO ET PAVLO APOSTOLORVM PRINCIPIBVS GREGORIVS INDIGNVS SERVVS.

QVOTIENS LAVDI VESTRAE VSIBVS SERVITVRA QVEDAM LICET PARBA (ſic) CONQVIRIMVS VESTRA VOBIS REDDIMVS NON NOSTRA LARGIMVR

VT HAEC AGENTES NON SIMVS ELATI DE MVNERE SET DE SOLVTIONE SECVRI NAM QVID VNQVAM SINE VOBIS NOSTRVM EST.

QVI NON POSSVMVS ACCEPTA REDDERE. NISI QVIA PER VOS ITERVM ET IPSVM HOC VT REDDEREMVS ACCEPIMVS. VNDE EGO VESTER

SERVVS REDVCENS AD ANIMVM MVLTVM ME VOBIS BEATI APOSTOLI PETRE ET PAVLE ESSE DEVITOREM PROPTER QVOD AB VVERIBVS

Digitized by Google

MATRIS MEAE DIVINAE POTENTIAE GRATIA PROTEGENTE INTRO GREMIVM ECCLESIAE VESTRAE ALVISTIS ET AD INCREMENTVM

PER SINGVLOS GRADVS VSQVE AD SVMMVM APICEM SACERDOTII LICET IMMERITVM PRODVCERE ESTIS DIGNATI. IDEOQVE

HOC PRIVILEGII MVNVSCVLVM HVMILI INTERIM OFFERRE DEVOTIONE PRAEVIDI. STATVO ENIM ET A MEIS SVCCESSORIBVS

SERVANDVM SINE ALIQVA REFRAGATIONE CONSTITVO. VT LOCA VEL PRAEDIA CVM OLIBETIS QVI INFERIVS DESCRIBVNTVR

QVOS PRO CONCINNATIONE LVMINARIORVM VESTRORVM A DIVERSIS QVIBVS DETENEBANTVR RECOLLIGENS VESTRA VOBIS DICAVI

IMMVTILATA PERMANERE IDEST IN PATRIMONIO APPIAE MASS VICTORIOLAS OLIBETV IN FVND RVMELLIANO IN INTEGRO

OLIBETV IN FVND OCTABIANO IN INTEGRO. MASS TRABATIANA OLIBET. IN FVND BVRREIANO VT SP OLIBET IN FVND OPPIANO VT SP

OLIBETV IN FVND. IVLIANO IN INTEGRO OLIBET. IN FVND. VIVIANO VT SVP. OLIBET. IN FVND. CATTIA....
V....

OLIBET. IN FVND. SOLIFICIANO VT SP. OLIBET. IN FVND. PALMIS VT SVP. OLIBET IN FVND. SAGARIS V....

OLIBET. IN FVND. MARANO. VT SVP. OLIBET. IN FVND. IVLIANO VT SP. OLIBET. IN FVND. SARTVRIANO. VT SP.

OLIBET. IN FVND. CANIANO ET CARBONARIA VT SVP. MASS. CESARIANA OLIBET. IN FVND. FLORAN O VT SVP

OLIBET. IN FVND. PRISCIANO ET GRASSIANO VT SVP. OLIBET. IN FVND. PASCVRANO VT SP. OLIBET. IN FVNDO

VARINIANO VT SVP. OLIBET. IN FVNDO CESARIANO VT SP. MASS PONTIANA OLIBET. IN FVND. PONTIANO VT SP.

OLI-

Digitized by Google

OLIBET IN FVND. CASAROMANIANA VT SP. OLIBET. IN FVNDO TATTIANO VT SP. OLIBET. IN FVND. CASAFLORANA VT SP

MASS STEIANA OLIBET IN FVND. BARRANO VT SP. OLIBET IN FVNDO CACCLANO VT SP. OLIBET IN FVND. PONTIAN° VT SP

OLIBET IN FVND. AQVILIANO VT SP. OLIBET IN FVND. STEIANO VT SP. OLIBET IN FVND. CASSIS VT SP. MASS NEVIANA

OLIBET. IN FVND. ARCIPIANO VT SP. OLIBET. IN FVND. CORNELLIANO VT SP. OLIBET. IN FVND VRSANO VT SVPER.

IN PATRIMONIO LABICANENS. MASS. ALGISIA OLIBET QVI EST AD TVFV IVXTA ANAGNIAS IN INTEGRO.

OLIBET QVI EST IN SILBVLA ET MODICAS TALIAS CATAGEMMVLVM AG. MILIT. OLIBET. INAPLINEAS IN INTEGRO.

OLIBET. QVI EST IN CLAVIANO OLIBET. QVEM TENET FRANCVLVS COLONVS IN FVND ORDINIANO IN INTEGRO.

STEPHANI II.

A. C. DCCLII.

17.

S. Angeli in Foro piſcium.

In pariete.

HAEC SVNT NOMINA . SCORVM . CORVM
BENEFICIA . HIC . REQVIESCVNT . IDEST.
DNI ET SALVATORI . N. IHV . XPI . SCAEQVAE.
EIVS . GENETRICIS . MARIAE . DOMINAE . N.
SCI . MICHAEL . ET . GABRIEL . ARCHANGELI.
SCI . PETRI . SCI . PAVLI . SCI . ANDREAE.
SCI . IACCOBI . SCI . IOHANNIS . SCI . THOMAE.

SCI

SCI . IACCOBI . SCI . PHILIPPI . SCI . BARTHOLOMEI .
SCI . MATHEI . SCI . SIMONIS . SCI . THADEI .
SCI . IOHANNIS . BAPTISTAE . SCI . SELBESTRI .
SCI . STEPHANI . SCI . LINI . SCI . LAVRENTII .
SCI . CESARII . SCI . NICANDRI . SCI . CELSI .
SCI . EVPLI . SCI . PETRI . SCI . MARCELLINI .
SCI . BALENTINI . SCI . DONATI . SCI . NICOLAI .
SCI . PANCRATII . SCI . ANASTASII . SCI . IVDA .
SCI . THEODORI . SCI . GEORGII : SCI . CHRISTOPHOI . (ſic)
SCI . ALEXANDRI . SCI . ERASMI . SCI . THOTHAELII .
SCI . ABBAQVIRI . SCI . IOHANNI . SCI . DOMETII .
SCI . PROCOPII . SCI . PANTALEONIS . SCI . NICASI .
SCI . COSMAE . SCI . DAMIANI . SCI . ANTHIMI .
SCI . LEONTII . SCI . EVPREPII . SCI . ANTIPAE .
SCA . ANNA . SCA . ELISABET . SCA . EVPHVMIA .
SCA . SOPHIA . SCA . THECLA . SCA . PETRONELLA .
SCA . THEODOTAE (ſic). SCA . THEOPISTI . SCA . AVREA .
SCA . ATHANASIA . SCA . THEOCTISTI . SCA . EVDOXA .
✠ EST . ENIM . DEDICATIO . ECCLESIE . ISTIVS .
AT . NOMEN . BEATI . PAVLI . APOSTOLI . CALEN
IVNIAS . PER . INDICTIONE . OCTABA . ANNO .
AB . INITIO . MVNDI . SEX . MILIA . DVCENTOS
SEXAGGINTA . TRES . TEMPORIBVS . DOMN
STEPHANI . IVNIORIS . PAPAE . THEODOTV
HOLIM . DVX . NVNC . PRIMICERIVS . SCAE . SED
APOSTOLICAE . ET . PATER . VIVS BEN DIAC A SOLO
EDIFICAVIT . PRO . INTERCESSIONEM . ANIMAE . SVA
ET . REMEDIVM . OMNIVM . PECCATORVM

S. HA-

Digitized by Google

S. HADRIANI I.

A. C. DCCLXXII.

18.

S. Mariae in Coſmedin.

In porticu.

ADRIANI . PP. PRIMI . DE . VIALATA . COLVMNIÆ . DOMVS
HVIVS . ECCLESIÆ . S. MARIÆ . IN . COSMEDIN. RESTITVTORIS
VETVSTISSIMA . MEMORIA . NE . OBLIVIONE . DELEATVR
HIC . POST . NONICENTOS . ANNOS
AB . ARCHIPRESBRO . ET . CANONICIS . REAFFICITVR
A. IVB. M. DCLXXV. CLEMENTE . X. P. M.

Fragmentum veteris inſcriptionis.

IS . DI ET SCE . DI GENETRICIS MR
S. DONI ADRIANI PAPE EGO GREGORIVS NO

19.

S. Petri in Vaticano.

In porticu pariete e Numidico lapide.

HIC PATER ECCLESIAE ROMAE DECVS INCLYTVS AVCTOR
HADRIANVS REQVIEM PAPA BEATVS HABET

VIR CVI VITA DECVS PIETAS LEX GLORIA CHRISTVS
PASTOR APOSTOLICVS PROMPTVS AD OMNE BONVM

NOBILIS EX MAGNA GENITVS IAM GENTE PARENTVM
SED SACRIS LONGE NOBILIOR MERITIS

EXORNARE STVDENS DEVOTO PECTORE PASTOR
SEMPER VBIQVE SVO TEMPLA SACRATA DEO

ECCLESIAS DONIS POPVLOS ET DOGMATE SANCTO
IMBVIT ET CVNCTIS PANDIT AD ASTRA VIAM

PAVPERIBVS LARGVS NVLLI PIETATE SECVNDVS
ET PRO PLEBE SACRIS PERVIGIL IN PRECIBVS

DO-

Digitized by Google

DOCTRINIS OPIBVS MIRIS EREXERAT ARCES
VRBS CAPVT ORBIS HONOR INCLYTA ROMA TVOS.

MORS CVI NIL NOCVIT CHRISTI QVAE MORTE PEREMPTA EST
IANVA SED VITAE MOX MELIORIS ERAT

POST PATREM LACRYMANS CAROLVS HAEC CARMINA SCRIPSI
TV MIHI DVLCIS AMOR TE MODO PLANGO PATER

TV MEMOR ESTO MEI SEQVITVR TE MENS MEA SEMPER
CVM CHRISTO TENEAS REGNA BEATA POLI

TE CLERVS POPVLVS MAGNO DILEXIT AMORE
OMNIBVS VNVS AMOR OPTIME PRAESVL ERAS

NOMINA IVNGO SIMVL TITVLIS CLARISSIME NOSTRA
HADRIANVS CAROLVS REX EGO TVQVE PATER

QVISQVE LEGAS VERSVS DEVOTO PECTORE SVPPLEX
AMBORVM MITIS DIC MISERERE DEVS

HAEC TVA NVNC TENEAT REQVIES CHARISSIME MEMBRA
CVM SANCTIS ANIMA GAVDEAT ALMA DEI

VLTIMA QVIPPE TVAS DONEC TVBA CLAMET IN AVRES
PRINCIPE CVM PETRO SVRGE VIDERE DEVM

AVDITVRVS ERIS VOCEM SCIO IVDICIS ALMAM
INTRA NVNC DOMINI GAVDIA MAGNA TVI

TV MEMOR ESTO TVI NATI PATER OPTIME POSCO
CVM PATRE DIC NATVS PERGAT ET ISTE MEVS

O PETE REGNA PATER FELIX COELESTIA CHRISTI
INDE TVVM PRECIBVS AVXILIARE GREGEM

DVM SOL IGNICOMO RVTILVS SPLENDESCIT AB AXE
LAVS TVA SANCTE PATER SEMPER IN ORBE MANET.

SEDIT BEATAE MEM. HADRIANVS PAPA ANNOS XXIII
M. X. D. XVII. OBIIT VII. KAL. IAN.

LEO-

Digitized by Google

LEONIS III.
A. C. DCCXCV.

20.

S. Pauli in Via Oſtienſi.

In dextera majoris arcûs columna.

✠ LEO EPS SERVVS SERVORV DEI.
OMNIB. XPIANIS NOTITIA CONTE
STATIONIS. QVICVQ. DONA VEL
OBLATIONES SACRATISSIMI AL
TARIS GLORIOSI PAVLI APLI.
TOTIVSQ. TEMPLI EIVS. AB VSV
ET VTILITATE HIC DO SERVIENTI
VM. TOLLERE PRESVMPSERIT.
AVT QVI RECTORE. PER PECVNIA
VEL ALIQVOD MALV INGENIVM.
IN HOC LOCO CONTRA STATVTA PA
TRVM NOSTRORVMQ. PRECEPTV ORDINA
VERIT. SIVE QVI HEREDITATE HVIVS
LOCI DESTRVENDO VENDERE VEL CO
PARARE AVSVS FVERIT. OMIPOTEN
TIS DI MALEDICTIONE IN CORPORE
SVO SVISQ: REB. HABEAT. QVOD
FACERE PRESVPSIT EVACVETVR.
INFAMIS. SACRILEGVS. AB OMIB.
HABEATVR. TESTIMONIV EIVS IN
NVLLO PLACITO RECIPIATVR.
QVICQVID POSSEDERIT. AD REMPV
BLICA TRANSFERATVR. ET SI NON
RESIPVERIT. AVCTORITATE CAELORV
PRINCIPV IN INFERNO DAPNETVR.
FIAT. FIAT. FIAT

Digitized by Google

21.

Ibidem.

Supra majorem portam, introrſum.

EXVLTATE PII LACHRIMIS. IN GAVDIA VERSIS
ET PROTECTORI. REDDITE VOTA DEO
CVIVS SIC TENVIT RESOLVTVM DEXTERA TECTVM
IN VACVVM VT CADERET. TANTA RVINA SOLVM
SOLVS ET INVIDIAE PRINCEPS. TORMENTA SVBIRET
QVI NVLLVM EX AMPLA. STRAGE TVLIT SPOLIVM
NAM POTIORA NITENT. REPARATI CVLMINA TEMPLI
ET SVMPSIT VIRES. FIRMIOR AVLA NOVAS
DVM XPI ANTISTES CVNCTIS LEO PARTIBVS AEDES
CONSVLIT ET CELERI. TECTA REFORMAT OPE
DOCTOREM VT MVNDI PAVLVM PLEBS SANCTA BEATVM
INTREPIDE SOLITIS EXCOLAT OFFICIIS.
LAVS ISTA FELIX RESPICIT TE PRAESBITER
NEC TE LEVITES ADEODATE PRAETERIT
QVORVM FIDELIS ATQVE PERVIGIL LABOR
DECVS OMNE TECTIS VT REDIRET INSTITIT

22.

Ibidem.

In arcu majori, opere muſivo.

THEODOSIVS COEPIT PERFECIT HONORIVS AVLAM
DOCTORIS GENTIVM SACRATAM CORPORE PAVLI
PLACIDIAE PIA MENS DECVS HOMNE (ſic) PATERNI
GAVDET PONTIFICIS STVDIO SPLENDERE LEONIS

23.

In Laterano.

In ſiniſtra triclinii parte, opere muſivo.

BEATE PETRVS DONA
VITA LEONI PPE BICTO
RIA CARVLO REGI DONA

S. Pe-

24.

S. Peregrini in civitate Leonina.

In fronte.

ECCLESIAM S. PEREGRINI EPISCOPI
ANTISIODORENSIS MARTYRIS QVAM
S. LEO PP. III. AEDIFICAVIT CIRCA
ANNVM DNI. DCCC.
VETVSTATE COLLABENTEM CAPITVLVM
ET CANONICI SACROSANCTAE VATICANAE
BASILICAE INSTAVRARVNT ANNO SAL.
M D XC.

25.

Ibidem.

CANONICI S. S. BASILICAE PRINCIPIS APOSTOLOR.
ECCLESIAM HANC S. PEREGRINO EPO ANTISIODOREN. ET MARTYRI
A. S. LEONE PAPA III. AEDIFICATAM
A SVMMIS PONTIFICIBVS SIBI OLIM DONATAM
AB INNOC. III. ANNO MCCV. ET GREGORIO IX. ANNO MCCXXVIII.
APOSTOLICIS DECRETIS CONFIRMATAM
A SE INSTAVRATAM ANNO MDXC.
HELVETIIS S. D. N. PAPAE CVSTODIBVS
CVM DOMO ADIVNCTA VIRIDARIOQVE ADIACENTI
IN EMPHITEVSIM ET CANONEM SCVTORVM. XX. MONETAE
TRADIDERVNT. III. KAL. NOVEMBRIS MDCLVIII
TABVLIS ABINANTIS NOTARY CAPITVLARIS

Digitized by Google

PASCHALIS I.

A. C. DCCCXVII.

26.

S. Praxedis.

Sub opere muſivo in tribuna.

EMICAT AVLA PIA E VARIIS DECORATA METALLIS
PRAXEDIS DOMINO SVPER AETHRA PLACENTIS HONORE
PONTIFICIS SVMMI STVDIO PASCHALIS ALVMNI
SEDIS APOSTOLICAE PASSIM QVI CORPORA CONDENS
PLVRIMA SANCTORVM SVBTER HAEC MOENIA PONIT
FRETVS VT HIS LIMEN MEREATVR ADIRE POLORVM.

27.

Ibidem.

In oratorio S. Zenonis, in epyſtilio, opere muſivo.

PASCHALIS PRAESVLIS OPVS DECOR FVLGIT IN AVLA
QVOD PIA OPTVLIT VOTA STVDVIT REDDERE D̅O̅

28.

S. Caeciliae.

Sub opere muſivo.

✠ HAEC DOMVS AMPLA MICAT FABRICATA METALLIS.
OLIM QVAE FVERAT CONFRACTA SVB TEMPORE PRISCO.
CONDIDIT IN MELIVS PASCALIS PRAESVL OPIMVS.
HANC AVLAM DN̅I̅ FORMANS FVNDAMINE CLARO.
AVREA GEMMATIS RESONANT HAEC DINDIMA TEMPLI.
LAETVS AMORE DEI HIC CONIVXIT CORPORA S̅C̅A̅.
CAECILIAE ET SOCIIS RVTILAT HIC FLORE IVVENTVS.
QVAE PRIDEM IN CRYPTIS PAVSABANT MEMBRA BEATA.
ROMA RESVLTAT OVANS SEMPER ORNATA PER AEVV̅.

S. Ma-

Digitized by Google

29.

S. Mariae in Domnica.

In abſide, literis muſivis.

ISTA DOMVS PRIDEM FVERAT CONFRACTA RVINIS
NVNC IVGITER RVTILAT VARIIS DECORATA METALLIS
ET DECVS ECCE SVVS SPLENDET CEV PHOEBVS IN ORBE
QVI POST FVRVA FVGANS TETRAE VELAMINA NOCTIS
VIRGO MARIA TIBI PASCHALIS PRAESVL HONESTVS
CONDIDIT HANC AVLAM LAETVS PER SAECLA MANENDAM.

30.

S. Spiritus in Saxia.

In pariete.

BEATAE VIRGINIS MARIAE
IMAGINEM
VETVSTATE ET MIRACVLIS CELEBERRIMAM
PASCHALE I. ET LEONE IV. PP.
INCOLVMEM INTER FLAMMAS SERVATAM
CAPITVLVM S. PETRI ANNO DNI MDCLV
AVREA CORONA DONAVIT
A. M. ARCHIEPISCOPVS NAVPACTI
PRAECEPTOR GENERALIS ORDINIS
S. SPIRITVS IN SAXIA
AD ILLIVS CVLTVM AVGENDVM
M. P. ANNO M DCC XL.

GREGORII IIII.

A. C. DCCCXXVII.

31.

S. Marci.

Sub muſivo opere in tribuna.

VASTA THOLI FIRMO SISTVNT FVNDAMINE FVLCRA
QVAE SALAMONIACO FVLGENT SVB SYDERE RITV
HAEC TIBI PROQVE TVO PERFECIT PRAESVL HONORE

GRE-

Digitized by Google

GREGORIVS MARCE EXIMIO CVI NOMINE QVARTVS
TV QVOQVE POSCE DEVM VIVENDI TEMPORA LONGA
DONET ET AD COELI POST FVNVS SYDERA DVCAT.

32.

S. Mariae Majoris.

Fragmentum, in pariete.

....

NOTO ROGATARIOQ MEO SCRIBENDAM DICTAVI CVIQ SVBTER MA

NV PROPRIA LITTERIS GRECIS SVBSCRIPSI ET TESTIB. A ME ROGATIS OP

TVLI SVBSCRIBENDAM ALLEGANDI ETIAM GESTIS QVIB. PLACVERIT ET

TEMPORE QVO VOLVERITIS SINE CESSVM NON SPECTATA DENVO

MEA PROFESSIONE EX MORE CONCEDO LICENTIAM DE QVA RE QVIBVS

Q. OMNIB. SSTIS STIPVLATIONE (ſic) ET SPONSIONEM SOLLEMNITER INTER

POSITA ACT. ROM IMP DIE CONS ET INDICT SSTA ✠

✠ FL. XANTHIPPI FILIA QD MEGISTI IMPERIALIS A SECRETIS HVIC CHAR

TVL. VSVFRVCTVARIE DONATIONIS DE SSTA MASSA QA PAGANI

CENSE IN INTEGRO CVM FVNDIS ET CASALIBVS SVIS IDEST F ARTVRI

ANVS F GARGANVS F MATTIANVS F VIARVS F CRISCIANVS F TVRI

TA F SOLINIANVS F CASA PORCINARE F CALVISIANVS F RVBIANV

F SIPICIANVS F BVBIANVS VNC. SEX F VCVPIA F CASAVIT F ERVT

TIA-

Digitized by Google

TIANVS F̄ FERRATVLAS F̄ CASVLARI F̄ CALGIANVS VNC. QVAT

TVOR F̄ PISTORE F̄ PETROCIANA F̄ CASABARILI F̄ OPTAVIA-NVS F̄ AR

BVSCIANVS F̄ GVRGVS F̄ CASAGINI F̄ TVRANVS F̄ RVBIANVS F̄ FE

LIANVS F̄ MANILIVS F̄ OCLATA F̄ COTTIANVS VNC. SEX F̄ FILIPIA

NVS F̄ ORCIANVS F̄ TRIS CASAS ET ORTV VINEATV̄ INTRO CIVIT

SIGNINA NEC NON ET F̄ CANDIGIANV̄ IN INTEGRO ET OMNIBVS

AD EIS GENERALITER PERTINENTIBVS FACT. A ME IN OMNES MAN

SIONARIOS ESSENTIBVS ET INTROEVNTIBVS PERENNITER BA

SILICAE SCĀE DĪ GENETRICIS MARIAE QĀ AD PRESEPĒ PRO OBLA-TIONĒ

ANIMAE NOSTRAE SICVT SVPERIVS LEGITVR AD OMNIA SSTĀ

RELEGENS (ſic) CONSENSI ET SVBSCRIPSI ET TESTES QVI SVBSCRI-BERE

ROGAVI ✠ FL. ANASTASIVS TRĪBB SCĪ PETRI. ✠ THEO

DATVS ADORATOR NVMERI THEODOSIAC. EGO GEOR

GIVS OPT NVM MĪL. SERMISIANI ✠ FL. EPIPHANIVS AVRI

FEX. ✠ THEODORVS ACOL. SCĒ ROM. ECCL HVIC CHAR

TVL. VSVFRVCTVARIE DONATIONIS DE STĀ MASSA QĀ PAGI

NICENSE CVM FVNDIS ET CASALIBVS SVIS IN INTEGRO NEC NON

ET FVND. QĀ CANDIDIANI IN INTEGRO OMNIBVSQVE AD EIS GENE

RALITER PERTINENTIB. EXCEPTO MANCIPIIS ET MOBILIBVS REBVS

SESEQ. MOBENTIB. FACT. A XANTHIPPI CL F. IN OMNES MANSIONA

RIOS ESSENTIBVS ET INTROEVNTIBVS PERENNITER BASILICAE SCĀE

DĪ GENETRICIS QĀ AD PRESEPEM SICVT SVPERIVS LEGITVR ROGITIS

Digitized by Google

GITIS ASSTA DONATRICE QNP SCRIPSIMVS IPSA PRESENTE TE
STES SVBSCRIPSIMVS ET HANC DONATIONIS CHARTVLAM IN
PRESENTI TRADITAM VIDIMVS.

✠ EGO THEODORVS VH TABELL. VRB ROM SCRIPTOR HVIVS CHAR
TVL VSVFRVCTVARIAE DONATIONIS POST TESTIVM SVB
SCRIPTIONES ET TRADITIONE FACTA COMPLEVI ET ABSOLVI.

✠ TEMPORIBVS DOMINI NRI SANCTISSIMI GREGORII QVAR
TI PAPAE EX ROGATV RADONIS NOT REG SCAE ROME ECCL
HOC EX AVTHENTICIS SCRIPTIS RELEVATVM PRO CAVTE
LA ET FIRMITATE TEMPORVM FVTVRORVM HIS MARMO
RIBVS EXARATVM EST.

SERGII II.

A. C. DCCCXLIIII.

33.

S. Martini in Montibus.

In pariete.

✠ TEPORIB; DONI SERGII IVNIO
RI PP. RECONDITA ST IN HOC S
AC. ALTAE BATI SILVESTRI PSV
LI COP. ET BATI MATINI. ET BATI
SSIMO. FABIANO. ATQ. STEPHANO
ET SOTE MATIB HAC POTIFICIB. ISI

MLQ.

Digitized by Google

MLQ. ASTEIO CV SACTISIM FILIA E
IVS SCOQ CIACO PAPIA ET MAVRO LA
RGO ET SMARAGDO TSON SISINIO ATQ
ANASTASIO ET INNOCETIO POTIFIC
IB. VNA CV SCO Q.RINO AC LEONE EPIS
PAIT ATEMIO SISIANO POLIONE . THE
ODO . NICANDRO . CRESCENTIANO M
TIB CVQ. B. BATA SOTE ATQ. PAVLI
NA NEC N MEMIA IVLIANA ET Q.RI
NA THEOPISTE SOPHIA VIGINIB
ATQ. MA ET BATE Q.RIACE VIDV
E ET BATA IVSTA CV ALIIS ML
TIS QVORȝ NOIA DO SOLI SVT
CONDITA(ſic)VTROSQ.(ſic) SVB SACRO AL
TARE DEDICA S. COLLOCAVIT
HEC . SCOR. COPORA . TRANSLATA
SVT DE CIMITEIO PSCILLE VI
A SALARIA STATVES . OI ANN I FE
STIVITATIB. V'N ECC IDVLGETIA TV
ANNORȝ ET III.QTGENAR OIB. AD EA DE (ſic)

S. LEONIS IIII.

A. C. DCCCXLVII.

34.

SS. Quatuor Coronatorum.

In pariete.

✠ BEATVS LEO . IIII. PAPA
PARITER SVB HOC SACRO ALTR
RECDENS COLLOCAVI CORPOR SCOR
MR CLAVDII . NICOSTI . SIMPRONI
CAST. ET SIMP ET IIII FRM SEVERI
SEVERIANI CARPOPHORI . ET VICTO
RINI . MARII . AVDIFAX ET ABBACV
FELICISSIMIQ. ET AGAPITQ. YPPOLT
QVIDE CV SVA FAML NVO X ET
VIIII. AQVILINI ET PRISCI ARSEI
AQVINI . NARCISI . ET MARCELLI
NI . FELICIS . SIMETRII . CANDI
DAE . ATQ. PAVLINAE . ANASTASII
ET FELICIS APOLLIONIS
ET BENEDICTI VENANTII
ATQ. FELICIS DIOGENIS ET LI
BERALIS FESTI ET MARCELLI
ATQ. SVPERANTII . PVDENTIANE
ET BENEDICTI . FELICIS . ET BENE
DICTI . NEC N CAPITA SANCTO
PROTI . SCEQ CECILIAE
SCI ALEXANDRI SCIQ. XISTI
ET SCI SEBASTIANI ATQ.
SACRATISSIME VIRGINIS
PRAXEDIS ET ALIA MVLTA
CORPORA SANCTORVM
QVORVM NOMINA DEO
SVNT COGNITA

✠ ANNO AB INCARNATIONE
DNI NRI IHV. XPI MILLESI-
MO
CENTESIMO XI. INDICTIONE
IIII. V. IDVS IVNII DOMI-
NVS
PAPA PASCHALIS SECVNDVS.
XII
PONTIFICATVS SVI ANNO. IV-
SIT
CAVARE SVB ALTARE
QVOD PRIVS COMBVSTVM
ET CONFRACTVM FVERAT
ET INVENIT DVAS CONCAS
VNAM PORPHERETICAM
ET ALIAM EX PROCONISSO
IN QVIBVS ERANT RECONDI
TA SACRA CORPORA SV
PRADICTORVM SANCTORVM
IN TERTIA VERO DIE IVSIT
VNDIQVE MVNIRE CON
CAS . ET DESVPER ALTA
RE RENOVARE . AD
MEMORIAM . ET ONO
REM SANCTORVM , ET
LAVDEM DOMINI
NOTRI (ſic) IHV XPI.

VETVS . HIC . LAPIS . IN . ARA . MAXIMA
SANCTORVM . CORPORIBVS . ERAT . IMPOSITVS. S.Ma-

Digitized by Google

35.

S. Magni.

In pariete, mendoſa inſcriptio.

✠ IN NO DNI TEMPORE LEONIS IIII IPANTE CARVLO MAGNO IPATORE EO TEPORE QVO Ꝗ BASILICA A SARACENIS CAPTA FVERAT. TVNC

DENIQ. Ꝑ TOTIVS MVNDI CAPITE TVRBATO TOTVS MVNDVS TVRBATVS OMĪS GALLIA CV̄ REGE CARVLO AD TVENDV̄ ILLĀ VENERVNT VNDE CN̄TRA INIMICOS DN̄I BELLA

DN̄I DECERTANDO QDĀ MORTVI S̄ ET IN CRIPTA IVXTA NERONIS PALATIV SEPVLTI EODĒQ TĒPORE A LEONE P̄P ET REGE K. AD HONORĒ MICHAELIS ARC̄GLI SVP ILLOS FACTA

EST ECCL̄A. HIS ITA PACTIS REX APVLIĀ ABIIT ĒAQ. BEATO PETRO ET ROME SVBIVGAVIT. Ꝑ IDĒ TĒPVS EXERCITV GALLIA REVERTENTE TRES ILLORVM MILITES DE FRISIA

LDERADO DE GRONINGA ET LEOMOT DE STAVERA ET HIARO ET CELDVI ANCILLA DEI DE SLINGA HI BEATI MAGNI CORPVS IN LOCO

QVI DICIT̄ FVNDI INVENEꝜ QVO INVENTO IN ILLORV̄ PVINCIA PORTARE ET C̄DIRE DECREVER SED DIVINA GR̄A COHOPATE POSTQV̄A AD SVTRINAS PARTES VENTV̄ ET̄ AP̄LIVS

DEFERRE N̄ P̄VALVEꝜ Q̄A BIS ET TER TERRITI ET Ꝑ SŌNIV̄ MONITI ROMĀ REVERTENTES SCV̄M CORP. SEC̄V TVLER. VNDE FACĪV Ē QVOD ILLORV̄ DEVO

TIONIS CAVSA PART̄E BRACHII A SE SEGREGARI AB ILLIS PMISIT PARTES AVTĒ CETERE IN CRIPTA P̄FATA REMANSEꝜ SVP QVĀ SICVT DICTV̄ EST

ECCLĀ IĀ FVERAT FACTA DEINDE OMNI ANNO SIMVL BENEFICIV̄ OPTIMV̄ DARI IBI DECREVEꝜ SCILICET TRECENTAS MARCAS

ARGENTI Ꝑ ILLORV̄ ET VBIQ. REQESCENTIV̄ REDĒPTIONE ET IMPERPETVV SEV DIVITES SIVE PAVPERES IN EADĒ SVPRA

Digitized by Google

DICTI ARCHANGELI BASILICA ET BEATI MAGNI ECCL̄A IVXTA EĀ ABSIDĒ CONSTRVCTA HOSPITALIA QVANDO A SVIS

PARTIBVS VENIRENT AGERENT . IDCIRCO N̄ROR ALIORV̄Q. OM̄IB PATEAT SI IPSI VEL Q.CV̄Q. HOC DECRETV RV̄PE TĒPTAVERINT

SCIANT SE ꝑPETVO DAP̄NATOS ET MALEDICTOS ET PREDICTI PONTIFICIS ANATHEMATIS VINCVLIS IN INFERNO NISI

RESIPVERINT CV̄ DIABOLO CL̄IGATOS . IN HAC AVTĒ VITA MISEROS PAVꝑES ET DISꝑSOS ET ITERV̄ DE LIBRO VITE CELESTIS DELETOS

ET DE REGNO XP̄I DEIECTOS . CONFIRMATORIB. FAVTORIB. HVI' DECRETI ECTR'SIT BENDIC̄ XP̄I ET FRVANT̄ VTRIVSQ. VITE GAVDIIS . AM̄

36.

SS. Quatuor Coronatorum.

In pariete.

BEATVS. LEO. IV. PONTIFEX. MAXIMVS. REAEDIFICATO. TEMPLO
CVIVS. TITVLVM. ANTE. PONTIFICATVM. GESSERAT
ANNO. DOM. DCCCXXXXVIIII. PONTIFICATVS. SVI. III.
SVB. ARA. MAXIMA. COLLOCAVIT. INVENTA. A. SE. CORPORA
SANCTORVM. MARTYRVM. CLAVDII. NICOSTRATI. SYMPHORIANI
CASTORII. SIMPLICII. ET. QVATVOR. FRATRVM. CORONATORVM
SEVERI. SEVERIANI. CARPOPHORI. ET. VICTORINI
MARI. AVDIFACIS. ET. ABBACVM. FELICISSIMI. ET. AGAPITI
HIPPOLYTI. CVM. SVA. FAMILIA. NVMERO. DECEM. ET. NOVEM
AQVILINI. PRISCI. ARSEI. AQVILINI. NARCISSI
ET. MARCELLINI. FELICIS. SYMMETRII
CANDIDAE. ET. PAVLINAE. ANASTASII. ET. FELICIS
APOLLIONIS. ET. BENEDICTI. VENANTII. AC. FELICIS
DIOGENIS. AC. LIBERALIS. FESTI. MARCELLI. SVPERANTII
PVDENTIANAE. AC. BENEDICTI. FELICIS. ET. BENEDICTI
ADDIDIT. PRAETEREA. CAPITA. SANCTORVM. PROTI
CAECILIAE. ALEXANDRI. SIXTI. SEBASTIANI. ATQ. PRAXEDIS.
ALIAQVE. PERMVLTA. SANCTORVM. CORPORA
QVORVM. NOMINA. SVNT. IN. LIBRO. VITAE

SS. Do-

Digitized by Google

SERGII III.

A. C. DCCCCIIII.

37.

SS. Dominici, & Sixti.

In pariete.

HIC AD ALTARE MAIVS SERVATVR ILLA B.^{MÆ} V, MARIÆ IMAGO QVÆ
A S. LVCA EVANGELISTA DELINEATA COLORES ET FORMAM
DIVINITVS ACCEPIT DIV IN ORIENTE CVLTA CÆLESTI
DEMVM DISPOSITO VECTORE ANGELICO IN VRBE VENIT, NEC LONGE
AB HOSPITIO TRIVM FRATRVM, TEMPOLI, SERVVLI, CERWLI, QVI
CONSTANTINOPOLI ROMAM PETIVERANT, SEDEM NACTA
QVORVMDAM CVLPA DELITVIT: TANDEM DORMIENTI TEMPOLO
VOX CÆLO REDDITA, CONQVISITAM IN D. AGATHÆ IN TVRRI
PROXIME CONDI IVBET, AC HONOREM PVBLICVM INSTAVRARI. TVM
DIV MORTALIVM VOTIS CÆLO GRATIA RESPONDIT, ET LOCO
NOMEN MARIÆ TRANSTYBERINÆ MONIALIVM DEDIT, DONEC
SERGIVS III. QVORVNDAM OBLIQVO ZELO INDVCTVS ÆDI LATERANÆ
INFERENDAM DECREVIT, INDICTO MOX SVPPLICATIONE PVBLICA
FEREBATVR INGENS PIGNVS, COLLACRIMANTIBVS OB TANTI
IACTVRAM THESAVRI SACRIS VIRGINIBVS, VBI AD LOCVM (SPLENIS
DICEBATVR) PERVENTVM, REPENTE TVRBATO CÆLO, MVGIRE
TONITRVA, CORVSCARE FVLGVRA, FERIRE FVLMINA, CVNCTIS
ATTONITIS INVITI PIGNORIS BAIVLI FIXI HÆRENT: ITVR AD

PON-

Digitized by Google

PONTIFICEM, IS PERCVLSVS ILLICO ADEST, AC FVSIS VOTIS; SVIS
ACCEPTAM MANIBVS, RELIQVVM ITINERIS AD LATERANAM
DEFERT: MIRACVLA CREBRESCVNT MIRACVLIS, NOCTE INSECVTA
EODEM VNDE PRIVS SVBLATA DIVINITVS REPONITVR
MÆSTISQ. SORORIBVS GAVDIA GEMINAT; NOVITATE ICTVS
ITERVM SERGIVS ANXIVS ADVOLAT, SEDVLO INQVIRENS EX
ANTISTITA AVDIT, NOCTE IN TEMPESTA DEPLORANTIBVS ORBI-TATEM
SVAM VIRGINIBVS, DEVMQVE ORANTIBVS, CÆLESTE DONVM PER
FENESTRAM ILLAPSVM, PRISTINO LOCO CONSEDISSE: RE PROBATA
PONTIFEX IVSSA DAMNAT, SACRVM IBIDEM SOLEMNE FACIT,
ADDICTO VIRGINIBVS SACRO PECVLIO, LOCVM PRÆDIIS, ET
MVNERIBVS AVGET. HÆC ILLA EST IMAGO QVA. S. GREGORIVS
MAGNVS (EX. S. ANTONIN.) SVPPLEX ROMAM LVSTRAVIT, FV-GATAQ.
PESTILITATE ANGELO PACIS NVNTIO. E. CVLMINE ADRIANI
REGINAM CÆLI LÆTARI IVBENTE, SALVTEM VRBI RESTITVIT.
MVLTIS DEINDE ANNIS AD TRANSTYBERIM CVLTAM, HONORII
III. IVSSV. S. DOMINICVS PATRIARCHA DEDVCTIS AD S. SIXTI
VIRGINIBVS, DEVOTE GESTATAM DETVLIT, ET NE RELIGIONE
LÆSA NAVARET, INTERPOSVIT, SI FORS, VT OLIM DIVINITVS
IMAGO REVERTISSET, IPSIS QVOQVE MANDATO SOLVTIS LOCO
STANDVM ESSE. CONTIGIT EA TRANSATIO AD. S. SIXTI, ANNO
M. CC. XIX. FEBR. XXIV. PRIMA QVADRAG. DOM. INDE POST ANNOS
COMMODITATE VIRGINIBVS IN VRBE FREQVENTIORI, ET
SALVBRIORI LAXATA HVC CONCESSIT SVB ANN. M. D. LXXV. FE-BR. VII.

IO-

Digitized by Google

IOHANNIS X.

A. C. DCCCCXIIII.

38.

S. Luciae Gymnaſiorum.

Humi.

. . . .
. . . . CHRV̄. HOC TĒPLV̄ INTRABIS DICERE NE RECVSES
. . . . INIS ANTE AVLAM QVI IACET HOC TVMVLO
. . . . SVPPLEX MENTE POPOSCIT OVANS
. . . . ORDINE SVB DECIMO PAPA IOHANNE OBIIT

IOHANNIS XII.

A. C. DCCCCLVI.

39.

S. Johannis in Laterano.

Ad veterem picturam exhibentem locum, ubi Pontifex ſacras veſtes induebat.

IOHANNES. PP. XII. ANNO. DN̄I. DCCCCLX.

IOHANNIS XIII.

A. C. DCCCCLXV.

4.

S. Pauli in via Oſtienſi.

In pariete.

✠ PONTIFICIS SVMMI HIC CLAVDVNTVR MEMBRA IOHANNIS
QVI PRVDENS PASTOR ⱣSOLVENS DEBITA MORTIS
ISTIC PREMONVIT MORIENS SVA MEMBRA LOCARI

QVO

QVO PIETATE DEI RESOLVTVS NEXIBVS ATRIS
EGREGII PAVLI MERITIS CONSCENDAT IN ETHRA
INTER APOSTOLICOS CAELORV̄M GAVDIA METAT
GAVDEAT EXVLTET SOCIATVS COETIBVS ALMIS.
DICITE CORDE PIO RELEGENTES CARMINA CVNCTI
XP̄E TVI FAMVLI MISERTVS SCELERA PVRGA.
SANGVINE QVI SANCTO REDEMISTI CRIMINE MVNDVM.
HIC VERO SVMMVS PONTIFEX IOHANNES IN APOSTOLICA SEDE
SEDIT ANNOS VII.DEPOSITIONIS EIVS DIES (ſic) VIII.IDVS SEPTEMBRIS
AB INCARNATIONE DNI ANNI DCCCCLXXII.

BENEDICTI VII.

A. C. DCCCCLXXV.

41.

S. Crucis in Hieruſalem.

In pariete.

✠ HOC BENEDICTI PP. QVIESCVNT MEMBRA SEPVLCHRO.
SEPTIMVS EXISTENS ORDINE QVIPPE PATRVM.
HIC PRIMVS REPPVLIT FRANCONIS SPVRCA SVPERBI
CVLMINA QVI INVASIT SEDIS APOSTOLICAE.
QVI DOMINVM QVAE SVVM CAPTVM IN CASTRO HABEBAT
CARCERIS INTEREA VINCLIS CONSTRICTVS IN IMO.
STRANGVILATVS VBI EXVERAT HOMINEM
CVMQVE PATER MVLTVM CERTARET DOGMATE SC̄O:
EX PVLITA SEDE INIQVVS. NAMQVE INVASOR.
HIC QVOQVE PREDONES SC̄ORVM FALCE SVBEGIT.
ROMANE ECCLESIE IVDICIIS QVAE PATRVM
GAVDET AMANS PASTOR AGMINA CVNCTA SIMVL
HICQVE MONASTERIVM STATVIT MONACHOSQ. LOCAVIT
QVI LAVDES DÑO NOCTE DIE QVAE CANVNT
CONFOVENS VIDVAS. NEC NON ET INOPESQ. PVPILLOS
VT NATOS PROPRIOS ASSIDVE REFOVENS.

Digitized by Google

INSPECTOR TVMVLI COMPVNCTO DICITO CORDE
C̄V XPŌ REGNES O BENEDICTE DŌ. D̄. X̄. M̄ IVL̄ IN APL̄CA
SEDE RESIDENS VIII AN̄N OBIIT AD X̄PM INDIC XII

SERGII IIII.

A. C. MVIIII.

42.

S. Johannis in Laterano.

In pariete.

QVISQVIS AD HEC TENDIS SVBLIMIA LIMINA LECTOR
ET CAPERIS TANTE NOBILITATE DOMVS
INTENTIS OCVLIS AVLE PERCVRRERE RARAS
DESINE MATERIAS ARTE IVVANTE MANVS
LVMINA C̄V GRESSV PRVDENS ARCVTA COHERCENS
RESPICE SOLLICITVS QVIT (ſic) VELIT HIC TITVLVS
HIC TVMVLATA IACENT PASTORIS MEMBRA SERENI
QVEM DEVS ECCLESIE CONTVLIT OMNIPOTENS
PAVPERIBVS PANIS NVDORVM VESTIS OPIMA
DOCTOR ET EGREGIVS QVI FVIT IN POPVLO
IVRA SACERDOTI LÆTAS DVM VIDIT ARISTAS
CETIBVS EQVAVIT NAVIGER ANGELICIS
ALBANVM REGIMEN LVSTRO VENERABILIS VNO
REXIT. POST SVMMVM DVCITVR AD SOLIVM
IN QVO MVTATO PERMANSIT NOMINE PRESVL
SERGIVS EX PETRO. SICVD CITATVS ERAT
DVCTVS MENTE PIA IHV DIC PARCE REDEMPTOR
VTQVE VICEM CAPIAS. DIC DS. HVNC HABEAS
Q. SEDIT ANI. II. ET M. VIIII ET DIE XII
OBIIT M MAIO DIE XII INDI X
AN. DN̄ICE INCARN. MILLESIMO TERTIO X

INNOCENTII II.
A. C. MCXXX.

43.

S. Thomae in Parione.

In pariete.

✠ ANN DNIC INCAR MCXXXVIIII. ANN VIIII. PONT. DNI INNOC
PP II M DEC D XXI INDIC II CSECTV E HOC TEPLV ET ALTARE
AD HONORE DNI IHV XPI ET BE MARIE SEP VIRGINI ET BI THOME
AP P MAN' EIDE DDI INNOC. II PP ET FVLCERII TYRENSIS
ECCLE ARCHIEPI ACORADI SABINENSIS EPI ET CLVSIENSIS
EPI RELIQ.E V HEC ST. BRACH S. DAMSI PP CALIXTI PP COR
NELII PP VRBANI PP STEPHANI PP SILVRI PP GGI PP DE
VESTIMTO BE MARIE VG DE PANE ORDEACIO DE LA
PIDE S STEPHANI DE SANGVINE S LVCIE
VIRG. S NYCOLAY CF. VALENTINI
EPI SEBASTIANI MAR. TRANQLLI
NI MAR. FOCE MAR. SCOR IIII CORO
NATOR SCOR IOHIS ET PAVLI
SCORVM CRISANTI ET DARIE
SCOR COSME ET DAMIA
NI. ATQVE SCAR NIM
PHE VIRG ET MAR.
SOPHIE. BALBINE
VIRG ET MAR. ATQ.
BEATE MARTHE
ET PETRONILLE
VIRG H CSECRA
TIO IN EI'DEM
APOSTOLICE
FESTIVI
TATIS DI
E FAC
TA
ES
T

Ibidem

44.

Ibidem.

D. O. M.
ANTIQVAM HANC VEN. PAROCH. ECCLAM
S. THOMÆ IN PARIONE AB INNOCENTIO II
CONSECRATAM A. MCXXXIX XXI DECEMB.
DIE ANNIVERSARIA IN XVII MAII
POSTREMVM COMMVTATA
A LEONE X TITVLO CARDINALITIO PRESB.
PLVRIMIS ROMANI CLERI SAC. FVNCTIONIBVS
AC SS. PHILIPPI NERII ET FRANCISCÆ ROM.
DOMICILIIS INSIGNITAM
DEIN ELEGANTIVS RESTAVRATAM
VENERABILIOREM REDDIDIT S. APOSTOLI
SPECIALE PATROCINIVM QVO
PESTE VRBEM VASTANTE A. MDCLVI ET SEQ.TI
HVIVS PAROCHIÆ POPVLVM INCOLVMEM
OMNINO SERVAVIT
PROINDE GRATVS POPVLVS SCI IMAGINEM
BENEFICIO ACCEPTO INSCRIPTAM
VT ADHVC CERNITVR
PIA POMPA PVBLICE CIRCVMDVXIT
ARAM VERO MAXIMAM LABANTEM
RECTOR ALEXIVS MOLINI ROM. RESTITVIT
ET ILLMVS AC RMVS D. FERDINANDVS M.A DE RVBEIS
ARCHIEPVS TARSI VICESGNS
XXX NOVEMB. MDCCXLVIII CONSECRAVIT
QVORVM MEMORIAM IDEM RECTOR
HOC MONVMENTO PERENNEM VOLVIT
ANNO IVBILÆI MDCCL

45.

SS. Vincentii, & Anaſtaſii ad Aquas Salvias.

In fronte porticûs, inſcriptio recens.

INNOCENTIVS II. PONT. MAX. EX FAMILIA ANICIA PAPIA ET PAPARESCA NVNC MATHAEIA

S. BERNARDI OPERA SVBLATO ANACLETI SCHISMATE EIDEM AC SVIS CISTERCIENSIBVS

HOC A SE RESTAVRATVM MONASTERIVM DONO DEDIT ANNO DOM. M. C. XL.

46.

S. Mariae Tranſtyberim.

In pariete.

✠ HIC REQVIESC̄VT
VENERABILIA OSSA
SCĪSIME MEMORIE
DN̄I INNOCENTII PP
II. DE DOMO PAPARE
SCORVM QVI PRESEN
TEM ECC̄AM AD HO
NOR̄E D̄I GENETRICI
MARIE SICVT Ê A FV̂
DAMÊT SV̂T PPIS RE
NOVAVIT S. A. MC
XL. ET AN. D. M. C. XL
VIII

Ibidem

Digitized by Google

47.

Ibidem.

Sub eadem.

INNOCENTII. II. PONT. MAX.
OSSA
OLIM IN BASILICA CONSTANTINIANA PERNOBILI SEPVLCRO CONDITA
ET POST ILLIVS INCENDIVM SVB CLEMENTE. V. HVC DEDVCTA
VT IN AEDE VIRGINI SACRA
VIRGINIS CVLTOR ETIAM MORTVVS VIVERET
SIMPLICI AC NVDO SVPERIMPOSITO LAPIDE DIV TECTA QVIEVERVNT
HAC TANTVM INSCRIPTIONE NOTA
HIC REQVIESCVNT VENERABILIA OSSA SANCTISSIMAE MEMORIAE
D. INNOCENTII PAPAE II. DE DOMO PAPARESCORVM
QVI PRAESENTEM ECCLESIAM AD HONOREM DEI GENITRICIS MARIAE
SICVT EST A FVNDAMENTIS SVMPTIBVS PROPRIIS RENOVAVIT
S. A. D. MCXL. ET AN. D. MCXLVIII.
TAM PRAECLARO PONTIFICI
AD IMPERIVM ORBIS CHRISTIANI SOLA VIRTVTIS VOCE EVOCATO
TANQVAM RELIGIONIS VINDICI DEFENSORI ECCLESIAE
SCHISMATIS DEBELLATORI
RELIGIONE IN DEVM BENIGNITATE IN PAVPERES
PRVDENTIA AC SOLERTIA AGENDI INCOMPARABILI
REGIBVS CAESARIBVS ALIISQ. CVIVSQ. ORDINIS HOMINIBVS
PER XIII. ANNORVM MENSIVM. VII. DIERVM. VIII. SPATIVM
PROBATO
HVIVS BASILICAE CAPITVLVM ET CANONICI
ACCEPTI BENEFICII MEMORES
MANDAVIT
PERENNEM VERO FACTI MEMORIAM
OFFICIIS DE B. V. BASILICÆ CLERO INDICTIS
ET QVOTANNIS
DOMINICA VLTIMA IANVARII PERAGENDIS
APVD POSTEROS VIGERE VOLVIT.
SPIRITVALIS DEMVM LIBERALITATIS
PONTIFICIAM IN PIOS OMNES MVNIFICENTIAM
EXTENDENS
VNIVERSIS CHRISTIFIDELIBVS
VERE POENITENTIBVS ET CONFESSIS
ET SACRA COMMVNIONE REFECTIS
BASILICAM ET SACRAM IPSAM IMAGINEM
TAM EADEM DOMINICA VLTIMA IANVARII
QVAM ALIO QVOCVMQ. OCTAVÆ DIE
VISITANTIBVS IBIQ. DE ECCL. MORE ORANTIBVS
PLENARIAM OMNIVM PECCATORVM
INDVLGENTIAM ET REMISSIONEM
APOSTOLICA AVCTORITATE
PERPETVO IN DOMINO CONCESSIT

EX BREVI SVB DATVM ROMÆ APVD SANCTVM MARCVM
SVB ANNVLO PISCATORIS DIE XXV. MAII MDCXIII. PONT. A. VIII.

152.

Ad Sixti pontem.

Ad fontem.

PAVLVS . V. PONT. MAX.
AQVAM . MVNIFICENTIA . SVA
IN . SVMMVM . IANICVLVM . PERDVCTAM
CITRA . TIBERYM . TOTIVS . VRBIS . VSVI
DEDVCENDAM . CVRAVIT
ANNO . DOMINI . MDCXIII
PONTIFICATVS . OCTAVO

153.

SS. Trinitatis Peregrinorum.

In pariete.

SEDENTE PAVLO QVINTO PONT. MAX.
IMAGINEM DEIPARAE VIRGINIS IN AEDIBVS CAPRANICENSIBVS
IN VIA VALLIS MVLTIS MIRACVLIS ANTIQVITVS CLARAM A PIO IV.
FOEL. RECOR. ARCHICONFRATERNITATI CONCESSAM EADEM ARCHI.
IN TEMPLVM HOC PRISCIS TEMPORIBVS SVB INVOCATIONE SANCTI
BENEDICTI CONSTRVCTVM NVNC SANCTISSIMÆ TRINITATI DICATVM
COLLOCAVIT
ARAMQ. SILVIAE DE SANIS ET IOSEPHI PIRMEI IVSSV EREXIT
ANNO . DOMINI . MDCXIII.
COSMO DE TORRES PROT. APOST. PRIMICERIO
IO. BAPT. BOLOGNETTO CVRTIO SERGARDO
HYERONIMO MIGNANELLO ET FANTINO TAGLIETTO CVSTODIBVS

154.

S. Franciſci ad Ripam.

Ad puteum in clauſtro.

PAVLI . V. PONT. OPT. MAX.
MVNIFICENTIA

Digitized by Google

SCIPIONIS . CARD. BVRGHESII . NEPOT.
LIBERALITATE
AD . SVBLEVANDVM . LOCVM . ISTVM
D. P. FRANC. HORTVM . NVNCVPATVM
AQVAE . PENVRIA . LABORANTEM
EXTRVCTA
ANNO . DOM. MDCXIII.

155.

In Archivo Vaticano.

Sub pontificis ſtemmate.

PAVLVS . V. PONT. MAX.
ANNO . IX.

156.

In quadrivio vulgò della Scrofa.

PAVLVS . V. PONT. MAX.
VIAM . PRIVATIS . AEDIFICIIS
OCCVPATAM
DIREXIT . ET . LAXAVIT
ANNO . SAL. MDCXIII.
PONTIFIC. IX.

157.

In baſi columnae ante porticum baſilicae Liberianae.

PAVLVS . V. PONT. MAX.
COLVMNAM
VETERIS . MAGNIFICENTIAE
MONVMENTVM
INFORMI . SITV . OBDVCTAM
NEGLECTAMQVE
EX . IMMANIBVS . TEMPLI . RVINIS
QVOD . VESPASIANVS . AVGVSTVS
ACTO . DE . IVDAEIS . TRIVMPHO
ET . REIPVB. STATV . CONFIRMATO
PACI . DICAVERAT
IN . HANC . SPLENDIDISSIMAM . SEDEM
AD . BASILICAE . LIBERIANAE
DECOREM . AVGENDVM
SVO . IVSSV . EXPORTATAM
ET . PRISTINO . NITORI . RESTITVTAM

BEA-

Digitized by Google

BEATISSIMAE . VIRGINI
EX . CVIVS . VISCERIBVS
PRINCEPS . VERAE . PACIS . GENITVS . EST
DONVM . DEDIT
AENEAMQVE . EIVSDEM . VIRGINIS
STATVAM . FASTIGIO . IMPOSVIT
ANNO . SAL. MDCXIIII. PONTIF. IX.

Ad ſiniſtram ejuſdem baſis.

VASTA . COLVMNAM . MOLE
QVAE . STETIT . DIV
PACIS . PROFANA . IN . AEDE
PAVLVS . TRANSTVLIT
IN . EXQVILINVM . QVINTVS
ET . SANCTISSIMAE
PAX . VNDE . VERA . EST
CONSECRAVIT . VIRGINI

Ad dexteram ejuſdem baſis.

IMPVRA . FALSI . TEMPLA
QVONDAM . NVMINIS
IVBENTE . MOESTA
SVSTINEBAM . CAESARE
NVNC . LAETA . VERI
PERFERENS . MATREM . DEI
TE . PAVLE . NVLLIS
OBTICEBO . SAECVLIS

Averſa a Baſilica parte.

IGNIS . COLVMNA
PRAETVLIT . LVMEN . PIIS
DESERTA . NOCTV
VT . PERMANERET . IN . VIA
SECVRI . AD . ARCES
HAEC . RECLVDIT . IGNEAS
MONSTRANTE . AB . ALTA . SEDE
CALLEM . VIRGINE

158.

S. Mariae de Pace.

In majoris arae pariete.

PAVLI . V. PONT. OPT. MAX..
AVCTORITATE
GASPAR . RIVALDVS . ROMANVS

Digitized by Google

SACRAM . DEI . GENITRICIS . IMAGINEM . INDE . TRANSLATAM
VBI . INNOCENTIVS . VIII. PONT. MAX.
SALVTIS . SIBI . RESTITVTÆ . AVCTORI . POSVERAT
IN . LOCO . MAGNIFICENTIVS . ORNATO
COLLOCAVIT
DIE . II. IVLII . MDCXIIII

159.

S. Mariae in Navicella.

In gyro tribunae.

PAVLVS . V. PONT. MAX.
ANNO . SALVTIS
MDCXIIII.
PONTIFICATVS . X.

160.

Ad burgi introitum.

In fonte.

PAVLVS . V. PONT. MAX.
REGIONEM . LEONINAM
PERENNIVM . AQVARVM . INOPIA
LABORANTEM
AQVAE . ABS . SE . IN . VRBEM . DEDVCTAE
VBERI . DISPENSATIONE
VARIIS . FONTIBVS . ATTRIBVTA
LOCVPLETAVIT
ANNO . DOM. MDCXIV. PONTIF. X.

161.

In Hebraeorum regione.

Ad fontem.

PAVLVS . V. PONT. OPT. MAX.
AQVĀ . EX . AGRO . BRACHIANENSI

IN

Digitized by Google

IN . VERTICE . MONTIS . AVREI
EIVS . MVNIFICENTIA . DVCTAM
AD . HEBRÆORꝝ. INOPIA . SVBLEVAMEN (ſic)
HVNC . IN LOC̄V . DVCI . CONCESSIT
AÑ. M. DCXIV. PONT. SVI . X.

162.

S. Mariae de Planctu.

In pariete.

D. O. M.
PAVLVS V. PONT. MAX.
ARCHICONFRATERNITATI
SANCTÆ MARIÆ DE PLANCTV
OB TEMPLVM HOC
MAGNIFICENTIVS RESTITVTVM
LITERIS AD VRBIS VICARIVM DATIS
VI. IDVS APRILIS M. DC. XIV.
IDEM BONA HVIVS ECCLESIÆ OMNIA INCERTA
SVPPRESSO RECTORALI TITVLO
IN CVRAM ANIMARVM SVFFECTO
VICARIO PERPETVO
ADDICENDA MANDAVIT
CAESAR FIDELIS VICESGERENS
VI. KAL. OCTOB. M.DC.XV.
LATA SENTENTIA APVD ACTA MAZZIOTTI
REM EX PRÆSCRIPTO CONFECIT
SACRA CONGREGATIO
VISITATIONIS APOSTOLICÆ
V. KAL. AVGVSTI M. DCCXII.
OMNIVM E. E. P. P. SVFFRAGIIS
REI GESTÆ ROBVR ADDIDIT
ILL. D. COMES MARIVS CAPIZVCCHIVS
ILL. D. RVTILIVS PARACIANVS
D. CAROLVS DOMINICVS RODVLPHVS

D. ANI-

D. ANIBAL ANTONIVS FLORINVS
CVSTODES
D. ANTONIVS PALESIVS CAMERARIVS
MONVMENTVM HOC PROPRIO ÆRE P. P.
ANNO DŌM M. DCC. XII.

263.

In baſilica Liberiana.

In cornu ſiniſtro ſacelli Burgheſiani.

VENERABILI DEI GENETRICIS IMAGINI
PIA S. LVCAE EVANGELISTAE MANV EX VETERI RATAQ. FAMA DEPICTAE
IN CONIVNCTA BVRGHESIORVM CAPELLA
ORNATISSIMAM SEDEM
PARAVIT DICAVITQVE
PAVLVS V. PONT. MAX.
EIQVE IVGEM EXHIBERI A FIDELIBVS CVLTVM
PIO EX ANIMI AFFECTV CVPIENS
SINGVLIS PER ANNVM SABBATIS
SINGVLIS ITEM B. VIRG. VIGILIARVM AC FESTORVM DIEBVS
PER GEMINOS CANTORVM CHOROS
LITANIAS CVM IPSIVS B. MARIAE DE TEMPORE ANTIPHONA
VESPERTINIS HORIS CVM ORGANO CANTARI MANDAVIT.
VT AVTEM QVOD DEIPARAE VIRGINI INSTITVTVM FVIT AD GLORIAM
PIIS ETIAM FIDELIBVS PRODESSET AD VENIAM
OMNIBVS ET SINGVLIS CHRISTIFIDELIBVS
QVI MEMORATIS DIEBVS

DVM

Digitized by Google

DVM LITANIAE CVM ANTIPHONA IN EADEM CAPELLA CANVNTVR
INTEREVERINT DEVOTEQVE ORAVERINT
IN SINGVLAS QVIBVS ID EGERINT VICES
SEPTEM ANNOS ET TOTIDEM QVADRAGENAS
DE INIVNCTIS EIS SEV ALIAS QVOMODOLIBET DEBITIS POENITENTIIS
IN FORMA ECCLESIAE CONSVETA
MISERICORDITER IN DOMINO RELAXAVIT
EX BREVI SVB DATVM ROMAE APVD SANCTAM MARIAM MAIOREM SVB ANNVLO PISCATORIS DIE VIII. IANVARII MDCXV. PONT. SVI A. X.

164.

In interiori choro monialium S. M. Conceptionis in Campo Martio.

LA S. M. DI PAOLO V.
CONCESSE INDVLGENZA PLENARIA E REMISSIONE
DI PECCATI E PENITENZA
A TVTTE LE RELIGIOSE, E SECOLARI ESISTENTI
IN QVESTO VEN. MON.
COME NELLA VISITA DELLE SETTE CHIESE
DENTRO E FVORI LE MVRA DI ROMA
OGNI VOLTA CHE DIVOTAMENTE VISITAVANO
LI SETTE ALTARI POSTI AL PIANO TERRENO
DENTRO IL CLAVSTRO
CON SVO BREVE SPEDITO LI XXV. FEBRARO MDCXV.
E DI POI LA S. DI N. S. PAPA CLEMENTE XII.
CON NOVO BREVE SOTTO LI XV. GENNARO MDCCXXXVII.
PER MAGGIOR COMODO E DECENZA
L'HA TRASFERITA NELLI SETTE ALTARI DELLA CHIESA
ESTERIORE

VISI-

Digitized by Google

VISITANDOLI DALLE GRATE DEL CORO
NELLA FORMA STESSA GIA CONCESSA
DAL PREDETTO PONTEFICE
DELLI ALTARI INTERIORI

165.

Ad Tyberim.

Ubi ligna exponuntur.

PAVLVS . V. PONT. MAX.
VETERE . LIGNIS . EXPONENDIS . AREA . SVBLATA
NOVAM . MVRORVM . SEPTO . MVNIENDAM
PVBLICAE . VTILITATI . AMPLIFICANDAM
HOSPITALI . MENDICANTIVM . ATTRIBVIT
PROVENTVM . ADIVNXIT
CVRATORES . AERE . HOSPITALIS . COEMPTIS
AEQVATISQ. SOLO . AEDIFICIIS . PRAESTITERVNT
ANNO . DOMINI . M. DC. XV.

166.

S. Mariae Novae.

In eccleſiae fronte.

PAVLO V. BVRGHESIO ROMANO P. M.
SEDENTE
OLIVETANA CONGREGATIO SVIS
ET MONASTERII SVMPTIBVS
TEMPLVM HOC IN HANC FORMAM
CONSTRVXIT ET ORNAVIT
ANNO DOMINI MDCXV.

167.

In Vaticanae baſilicae porticu.

Supra portam, quae ad ſcalam Regiam ducit.

PAVLVS . V. PONT. MAX. A. X.

168.

In palatii Quirinalis atrio.

Supra januas.

PAVLVS . V.
PONT. MAX. A. X.

In

169.

In baſilica Vaticana.

Supra Confeſſionis portam.

SACRA B. PETRI CONFESSIO
A PAVLO PAPA V. EIVS SERVO
EXORNATA
ANNO DOMINI MDCXV. PONTIF. XI.

170.

In Quirinali clivo.

In exteriori pariete aedium Auditoris Pontificis, quas olim noſtri Caſinenſes monachi extruxerant.

PAVLVS. V.
PONT. MAX.
A. SAL. MDCXV.
PONTIF. SVI. XI.

171.

In palatio Quirinali.

Supra majorem portam.

PAVLVS. V. PONT. MAX.
AN. PONTIF. XI. SAL. MDCXV.

172.

Ibidem.

Supra majorem portam in via Pia.

PAVLVS. V. PONT. MAX.
ANNO. SAL. MDCXV. PONT. XI:

173.

Ibidem.

Prope ſacellum.

PAVLVS . V. PONT. MAX.
SACELLVM . PONTIFICIVM
EXTRVXIT
PALATIVM . AVXIT
ET . IN . MELIOREM . FORMAM
REDEGIT
A. DOM. MDCXV. PONT. SVI . XI.

174.

Ibidem.

In fronte Datariae.

PAVLVS . V. PONT. MAX.
DATARIAM . APOSTOLICAM
IN . HIS . AEDIBVS
CVRIALIVM . COMMODITATI
COLLOCAVIT
ANN. M.DC.XV. PONTIF. SVI . XI.

175.

In fornice baſilicae Vaticanae.

In gyro inſignium Pontificis.

PAVLVS . V. PONT.
MAX. A. MDCXV.

176.

S. Mariae de Planctu.

In pariete.

PAVLVS PP. QVINTVS
AD PRECES ILL.MI ET EXC.MI D. D. MARCI ANT.
BVRGHESII SVLMONÆ PRINCIPIS AC HVIVS
ARCHICONF. ET ECCLÆ CVSTODIS
ATQ. ADMINISTRATORIS
VOLENS IPSAM ECCLESIAM ET IN EA SITVM
ALTARE SANCTISS. CRVCIFIXI SPECIALI

MVNE-

Digitized by Google

MVNERE ILLVSTRARE . AVCTORITATE
APLICA CONCESSIT ET INDVLSIT
VT QVCVNQ. SACERDOS ALIQVIS SECVLARIS
SIVE CVIVSVIS ORDIN. REGVLARIS MISSAM
DEFVNCTOR. PRO ANIMA CVIVSCVQ. FIDELIS
QVÆ DEO IN CHARITATE CONIVNCTA
AB HAC LVCE MIGRAVERIT AD PRÆDICTVM
ALTARE CELEBRABIT . ANIMA IPSA DE
THESAVRO ECCLAE PER MODVM SVFFRAGII
INDVLGENTIAM CONSEQVATVR . ITA VT
D. N. IESV CHRISTI AC BEATISS. VIRG.
MARIÆ SANCTORVMQ. OMNIVM MERITIS
SIBI SVFFRAGANTIBVS . A PVRGATORII
POENIS LIBERETVR
VT IN EIVS PERPET. VALITVRIS . ET IN FORMA
BREVIS LITTERIS EXPEDITIS . SVB DATVM
ROMÆ APVD . S. MAR. MAIOREM DIE XXV. FEBR.
PONT. SVI ANNO XII.

177.

In palatio Quirinali.

Super utraſque ſacelli portas.

PAVLVS . V. PONT. MAX.
ANNO . SAL. MDCXVI.

PONTIFICATVS . SVI
ANNO . DVODECIMO

Digitized by Google

178.

In ſacello Quirinali.

In interiori arcu ſupra portam.

PAVLVS . V. PONT. MAX.
SACELLVM
IN . HONOREM . ASSVMPTIONIS
BEATISS. VIRGINIS . MARIAE
DICAVIT
ANNO . DOM. MDCXVI. PONT. XII.

179.

Ibidem.

In aula ante ſacellum ſupra ſex portas.

PAVLVS . V. PONT. MAX.
ANNO . PONTIF. SVI . XII.

180.

In area Vaticana.

In baſi ſimulacri S. Petri.

PAVLVS . V.
PONT. MAX.
VETERVM . SCALARVM
GRADIBVS . ADMOTIS
NOVAE . BASILICAE
RESTITVIT
ANN. DOM. MDCXVII.

181.

Ibidem.

PAVLVS . V.
PONT. MAX.
PONTIFICATVS
ANNO
DVODECIMO

Digitized by Google

182.

Ibidem.

In baſi ſimulacri S. Pauli.

PAVLVS. V.
PONT. MAX.
SCALIS. ANTIQVIS
RESTITVTIS
INSTAVRAVIT
ANNO. DOMINI
MDCXVII.

183.

Ibidem.

PAVLVS. V.
PONT. MAX.
PONTIFICATVS
ANNO
DVODECIMO

184.

In cryptis Vaticanis.

In pariete.

PAVLVS. V. PONT. MAX.

CARMINA. A. S. DAMASO. PAPA. ANTE. ANNOS. M. CC. L. OB. EXSICCATAM

HVMIDITATEM. IN. VETERI. HVIVS. BASILICÆ. PAVIMENTO. MVLTORV̄

IN. CHRISTO. QVIESCIENTIVM. MEMORIAS. LABEFACTANTEM. EDITA

SVO. QVE. IVSSV. HOC. MARMORE. INCISA. AD. VENERANDÆ. ANTIQVITATIS

MONVMENTV̄. PIE. SERVANDV̄. EX. TEMPLI. EIVSDEM. RVINIS. HIC. REPONI

MANDAVIT. ANNO. M. DC. XVII.

185.

In palatii Quirinalis atrio.

In januarum epiſtylio.

PAVLVS. V.
PONT. MAX. A. XII.

186.

In ſacello Quirinali.

In epiſtylio cancellorum ex utraque parte.

PAVLVS . QVINTVS . PONTIFEX . MAXIMVS . ANNO . PONTIFIC. SVI . XII.

187.

In cryptis Vaticanis.

Ad introitum, in pariete.

PAVLVS . V. PONT. MAX.
LOCVM. MVLTORVM. SANCTORVM
PRAECIPVE . B.PETRI . CORPORE
VENERANDVM . DECORAVIT
ANTIQVAE . BASILICAE
SACRAS . IMAGINES
IN . EVM . TRANSTVLIT
ADITVM . VTRINQVE . APERVIT
ANNO . PONTIFICATVS . SVI . XIII.
SALVTIS . CIƆIƆCXVII.

188.

Ibidem.

PAVLVS . V. PONT. MAX.
AD . COMMODIOREM
PRINCIPIS . APOSTOLORVM
VENERATIONEM
ET . LOCI . DECOREM
ORNAVIT
ET . PORTAS . APERVIT
PONTIFICATVS. SVI.ANNO.XIII.
SALVTIS
CIƆIƆCXVII.

189.

In via Flaminia.

Supra portam monaſterii Poenitentium mulierum.

PAVLVS . QVINTVS . PONT. MAX.
MONASTERIVM
POENITENTIVM . MVLIERVM
INCENDIO . PENE . CONSVMPTVM
RESTITVIT . AVXIT . INSTRVXIT
ET . A . VICINIS . AEDIFICIIS . SEIVNXIT
VIA . APERTA
ANNO . MDCXVII. PONTIF. SVI . XIII.

S. Ma-

Digitized by Google

190.

S. Mariae in Domnica.

In pariete.

PAVLVS . QVINTVS . PONT. OPT. MAX.
PRECIBVS . CAROLI . MEDICES . HVIVS . ECCLESIAE
CARDINALIS . DIACONI
EXPOSITIS . PER . PETRVM . GVICCIARDINVM
MAGNI . DVCIS . HETRVRIAE . ORATOREM
EIVSDEM . ECCLESIAE . BENEFICIATO . OMNIBVS . DIEBVS
FESTIS . QVAE . DE . PRAECEPTO . HABERI . SOLENT . HOC
IN . EODEM . TEMPLO . MISSAM . DEO . OFFERENDI
ONVS . IMPOSVIT . PROVT . IN . LITTERIS . APOSTOLICIS
EXPEDITIS . SVB . DATVM . ROMAE . APVD . SANCTAM (ſic)
MARIAM . MAIOREM . QVARTODECIMO . CALENDAS
OCTOBRIS . ANNO . DOMINI . MDCXVII. PONTIFICATVS . SVI
DECIMO . TERTIO

191.

S. Spiritus in Saxia.

In priori atrio ſupra fontem.

PETRVS . CAMPOREVS . PRÆCEPTOR
EX . AQVA . ALSIETINA . E . FINIBVS . MANTIANÆ
A . PAVLO . V. IN . VATICANVM . PERDVCTA
FONTEM . APERVIT
AN. DÑI . M. D. C. XIIII.

192.

In baſilicae Vaticanae porticu.

In peryſtilio ſex portarum.

PAVLVS . V. PONT. MAX. ANNO . XIIII.

In

193.

In Vaticano.

In aeneis palatii valvis.

PAVLVS . V. PONTIFEX MAXIMVS . ANNO . XIII.

194.

In fronte ſtabuli hoſpitalis S. Spiritus in Saxia.

PAVLO . V. P. M. SEDENTE . AN. XIV.
D. EVANGELISTA . TORNIOLVS
PERVSINVS
EX . OLIVETANA . FAMILIA
EPISC. TIFERNI
AC . PRAECEPTOR . S. SPIRITVS
VTILITATI . ET . NECESSITATI
CONSVLENS . ARCHIHOSPITALIS
STABVLO . HORREO . ET . FOENILI
PENITVS . CARENTIS
HOC . AEDIFICIVM . A . FVNDAMENTIS
EXTRVXIT
AN. DOM. M. D. C. XVIII.

195.

Ibidem.

Ad fontem.

EX AQVA
PAVLA

196.

In baſilica Vaticana.

In aeneis valvis.

PAVLVS . V. RESTAVRAVIT
PONT. MAX. A. PONTIF. XV.

Ibidem

197.

Ibidem.

Supra majorem interiorem januam.

PAVLVS V.
PONT. MAX.
VATICANVM TEMPLVM
A IVLIO II. INCHOATVM
ET VSQVE AD GREGORII ET CLEMENTIS
SACELLA
ASSIDVO CENTVM ANNORVM
OPIFICIO PRODVCTVM
TANTÆ MOLIS ACCESSIONE
VNIVERSÆ CONSTANTINIANAE
BASILICÆ AMBITVM INCLVDENS
CONFECIT
CONFESSIONEM B. PETRI EXORNAVIT
FRONTEM ORIENTALEM ET PORTICVM
EXTRVXIT

198.

In cryptis Vaticanis.

In pariete.

☧

POLYANDRIVM
HVC CONGESTA SVNT OSSA OMNIVM SANCTA
OPINIONE DEFVNCTORVM NOVI GRATIA
TEMPLI ERVTA E LOCVLIS SVIS VT
COMMVNI CONDITORIO REQVIESCANT
PAVLO V. PONT. MAX.

Digitized by Google

199.

In bibliotheca Vaticana.

Sub aenea protome.

PAVLI . PP. V.
ARCHIVVM . VATICANVM

200.

Ibidem.

Depicta in pariete.

PAVLVS. PP. V. MAGNAM . LIBRORVM . COPIAM
TYPIS . DESCRIPTORVM . BIBLIOTHECÆ . VATI
CANÆ . ADIICIT . SCIPIONEM . CARDINALEM . BVR
GHESIVM . EX . SORORE . NEPOTEM . SEDIS . APOSTO
LICÆ . BIBLIOTHECARIVM . CREAT

201.

Ibidem.

PAVLVS . PP. V. BIBLIOTHECAE . VA
TICANAE . AMPLVM . ANNVVM
REDITVM . ATTRIBVIT

202.

In baſilica Lateranenſi.

In ſacrario, ſub aenea protome.

PAVLO V. PONTIFICI MAXIMO
ECCLESIASTICAE LIBERTATIS VINDICI
VIRTVTIS REMVNERATORI OB REDEMPTV̄
A SPOLIORV̄ ONERE CLERV̄ ROMANVM
GRATI ANIMI MONVMENTV̄ LATERANENSIS
SACROSANCTAE BASILICAE CANONICI POSVERE

In

203.

In baſilica Vaticana.

Supra duas portas in porticu benedictionum.

PAVLVS . V. PONT. MAX.

204

Ad fontem Burgi.

Contra palatium olim Gubernatoris Burgi.

PAVLVS . V. PONT. MAX.

205.

S. Andreae in Laterano.

In pariete.

QVICVNQ. E SACERDOTIBVS HVIC HOSPITALI INSERVIENTIBVS
MISSAM IN HOC ALTARI CELEBRABIT IN DIE COMM. DEFVNCTOR.
ET PER TOTAM OCTAVAM
ITEM ET IN PERPETVVM SINGVLIS SECVNDIS PER ANNVM FERIIS
PRO FIDELI ANIMA DE POENIS PVRGATORII LIBERANDA
LIBERET EAM
ITA N. S. D. N. PAVLVS V. P. M. PRIVILEGIO ILLVSTRATVM ALTARE
VOLVIT
EXORANTIBVS LOCI CVSTODIBVS
CYRIACO MATTHAEIO
IO. BAPT. CRIBELLIO ET
PAVLO MILLINO
ET PROSPERO IACOBATIO CAM.

206.

In baſilica Liberiana.

In baſi aenei ſimulacri Pontificis.

PAVLO . V. PONT. MAX.
QVOD . SACELLO . MAGNIFICENTISSIME . AEDIFICATO
ATQVE . INSTRVCTO
COLVMNA . MARMOREA
PRO . FORIBVS . BASILICAE . COLLOCATA

Digitized by Google

SACRARIO . AEDIBVSQVE . CANONICORVM . CONDITIS
ATQVE . ALIIS . EXIMIAE . VENERATIONIS
IN . DEI . GENITRICEM
EIVSQVE . SACRATISSIMAM . IMAGINEM
MONVMENTIS
BASILICAM . HANC . MAXIME . AVXERIT . ET . REFORMAVERIT
CANONICI . POSVERE

207.

Ibidem.

In magnificentiſſimo Clem. VIII. ſepulcro, ſub pontificis ſtatua.

CLEMENTI . VIII. PONT. MAX
PAVLVS . V. PONT. MAX. ROM
GRATI . ANIMI . MONVMENTVM
POSVIT

208.

In palatio Vaticano.

In pontificio cubiculo ſupra januas.

PAVLVS . V. PONT. MAX

209.

In regione Pontis.

In fronte menſae nummulariae S. Spiritus.

MENSAM
NVMMVLARIAM
S. SPIRITVS
A SEMP. MEM. PAVLI . V. ERECTAM
HAS . IN . AEDES
A CLEM. VII. MEDICE CVDENDIS NVMMIS DESTINATAS
AB ALEXANDRO VII. NOVA STRVCTIONE MVNITAS
CLEMENS IX. PONT. MAX

FE-

Digitized by Google

FELICISS. AVSPICIIS
TRANSTVLIT STABILIVIT
ANNO DOMINI MDCLXVII.

210.

SS. Trinitatis in Monte Pincio.

In pariete.

HORATIO . BVRGHESIO
CAM. APOST. GENER. AVDITORI
IN . MAIORI . DE . SE . EXCITATA . SPE
VITA . FVNCTO
VIXIT . ANN. XXXVI. M. VIII. D. XV
OBIIT . V. NON. OCT. ANN. MDXC
PAVLVS . V. PONT. MAX.
FRATRI OPTIMO

211.

Extra portam Flaminiam.

Ad fontem Aquae acidae.

PAVLVS . V. PONT. MAX.

RENIBVS ET STOMACHO PLENI IECORIQVE MEDETVR
MILLE MALIS PRODEST ISTA SALVBRIS AQVA

212.

SS. Vinc. & Anaſt. in Trivio.

Humi.

D. O. M.
EX PRÆCORDIIS
PAVLI V. P. M.
OBIIT IN QVIRINALI
XXVIII. IANVARII MDCXXI.

S. Ma-

Digitized by Google

213.

S. Mariae Majoris.

In ſacello Burgheſiano ad magnificentiſſimum ſepulcrum.

PAVLVS . V. PONT. MAX.
MORTIS . MEMOR
VIVENS . SIBI . POSVIT
SCIPIO . CARDINALIS . BVRGHESIVS . AVVNCVLO
IVSTA . SOLVI . CORPVS . INFERRI . CVRAVIT

PAVLVS . V. PONT. MAX. PATRIA . ROMANVS . EX . BVRGHESIA FAMILIA

CVI . PERPETVA . VITAE . INNOCENTIA . ET . SPECTATA . VIRTVS

AD . INSIGNES . QVOSQVE . HONORES . GRADVM . FECIT

BONONIAE . PROLEGATO . PRAEFVIT . MOX . A . GREGORIO . XIV.

GAVSARVM . CAM. APOST. AVDITOR. CREATVS . ET . A . CLEMENTE . VIII. AD . PHILIPPVM . II.

HISPANIARVM . REGEM . DE . GRAVISSIMIS . REBVS . LEGATVS

IN . AMPLISSIMVM . ORDINEM . COOPTATVS . INTER . GENERALES . INQVISITORES . ADSCRIPTVS

ET . VRBIS . VICARIVS . ELECTVS . CVM . OMNES . TANTORVM . MVNERVM . PARTES

SVMMA . CVM . LAVDE . OBIVISSET . AD . SVMMVM . PONTIFICATVM . LEONE . X. E . VIVIS . EREPTO

FLORENS . ADHVC . AETATE . INCREDIBILI . PATRVM . CONSENSV . EVECTVS . EST

CVMQVE . VIGILI . SOLLICITVDINE . SECVRITATEM . ANNONAE . COPIAM

IVSTITIAM . ET . QVIETEM . POPVLIS . ECCLESIASTICAE . DITIONIS

CONCORDIAM . VERO . ET . PACEM . VNIVERSO . CHRISTIANO . ORBI . SEMPER . PRAESTITISSET

RELIGIONEM . SVMMA . PIETATE . COLVISSET

VRBEM. MAGNIFICENTISSIMIS. AEDIFICIIS . ORNASSET. ATQ. EGREGIIS OM-

Digitized by Google

OMNIVM . VIRTVTVM . OFFICIIS . ADITVM . SIBI . AD . IMMORTALITATEM . APERVISSET
E . MORTALIBVS . RAPTVS . GRAVE . CVNCTIS . SVI . DESIDERIVM . RELIQVIT
SEDIT . IN . PONTIFICATV . ANNOS . XV. MENSES . VIII. DIES . XIII.
OBIIT . ANNO . SAL. MDCXXI. DIE . XXVIII. IANVARII

Ad dexteram.

CONGI . PERSIDISQVE . REGVM . ET . IAPONIORVM
AD . SEDEM . APOSTOLICAM . DE RE . CHRISTIANA . LEGATOS
HONORIFICENTISSIME . EXCEPIT
FERRARIAM . VRBEM . DITIONIS . ECCLESIASTICAE
NOBILE . PROPVGNACVLVM
EXTRVCTA . VALIDISSIMA . ARCE . MVNIVIT

Ad laevam.

FRANCISCAM . VIDVAM . ROMANAM . ET . CAROLVM . BORRHOMEVM
S.R.E. CARDINALEM . VITAE . INNOCENTIA . ET . MIRACVLIS . CLAROS
RITE . IN . SANCTORVM . ALBVM . RETVLIT
RODVLPHVM . ROMANVM . IMPERATOREM . ELECTVM
ADVERSVS . CHRISTIANI . NOMINIS . HOSTES
IN. HVNGARIA. BELLVM. GERENTEM. AVXILIARIBVS. COPIIS. ADIVVIT

INNOCENTII X.
A. C. MDCXXXXIIII.

214.

In via extra portam Lateranenſem.

INNOCENTIVS X. PONT. MAX.
PRAETEREVNTIVM
COMMODO . AC . SECVRITATI
ANNO . SALVTIS . MDCXXXXV.

S. Ma-

215.

S. Mariae Conſolationis.

In pariete.

INNOCENTIVS X. PONT. OPT. MAX.
SACRAE AC CELEBRIS IMAGINIS D. MARIAE IN PORTICV
IBI IN MEDIA TEMPLI ARA EXISTENTIS
CVRAM CVSTODIAM OMNIMODAMQVE ADMINISTRATIONEM
LATA AB IVDICE SENTENTIA
DECREVIT XIV. KAL. MARTIAS PONTIF. SVI ANNO IV.
ADNITENTE VNA NOBISCVM
PETRO MAGDALENO CAPIFERREO COLLEGA
PERTINERE AD CVSTODES ET CAMERARIVM HVIVS ECCLESIAE
CVM RITV EXPRESSO
ET NVLLO PACTO AD CONGREGATIONEM LVCEN.
QVAE DICTO TEMPLO POTITVR
CVIVS REI MEMORIAM NE EXCIDERET HOC PVBLICO MONVMENTO
DOCVERE POSTEROS

MARIVS MILLINVS)
TIBERIVS MARCHIO ASTALLIVS) CVSTODES
IACOBVS BETTVS)

VALERIANVS MANDOSIVS CAMERARIVS
ANNO SALVTIS M.D.C.XLVIII.

216.

SS. Trinitatis in Monte Pincio.

In ſacrario.

PAVL. V. GREG. XV. VRBAN. VIII. INNOCENT. X.
SVMMI EX ORDINE PONTIFICES
HOC MONASTERIVM SANCTISSIMAE TRINITATIS

Digitized by Google

REGIBVS GALLIAE FVNDATORIBVS SVIS VINDICATVM
IVXTA EORVNDEM AC S. FRANCISCI DE PAVLA INTENTIONEM
A SOLIS NATIONIS GALLICANAE FRATRIBVS
ET CORONAE FRANCIAE NATVRALITER SVBIECTIS
INHABITARI REGI AC POSSIDERI
SECLVSIS OMNIBVS EX EADEM NATIONE
ALIQVA IVRIS AVT FACTI INFAMIA LABORANTIBVS
IMPOSITO QVIBVSCVNQ. SVPER HAEC IVRA SILENTIO
DECRETOQ. DE MANVTENENDO FIRMITER ROBORATO
VINDICIBVS QVOQ. DATIS
EPISCOPO SABIN. PONTIFICISQ. VIC. AC GNLI AVDITORE
PER APOSTOLICAS LITERAS IN PERPETVVM EDIXERVNT
ATQ.HANC MEMORIAM EX MENTE INNOCENTII X.IN MARMOR INCIDI
HVIVS COENOBII FRATRES PROCVRAVERVNT
ANNO M. DC. XL. VIII.

217.

In palatio Vaticano.

Ad fontem S. Damaſi.

AQVAM . VATICANI . COLLIS . INCERTO . OLIM . A . CAPITE .
DEERRANTEM
A . B. DAMASO . PAPA . INVENTA . SCATVRIGINE . AD . LAVA-
CRVM . NOVAE . GENERATIONIS
IN . FONTEM . CORRIVATAM . RVRSVS . AMISSAM
INNOCENTIVS . X. PONT. MAX.
CONQVISITAM . REPERTAMQVE . AC . MIRE . PROBATAM
FONTI . RECENS . EXTRVCTO . RESTITVIT . VT . IN . VRBE . AQVIS .
PEREGRINIS
AFFLVENTE . AEDES . VATICANAE . SVAM . HANC . HABERENT
GEMINA . SALVBRITATE . GRATIVS . HAVRIENDAM
AN. DOM. MDCXXXXIX. PONTIFICATVS . SVI . V.

Digitized by Google

218.

In hoſpitali S. Johannis in Laterano.

INNOCENTIO X. ROMANO PONT. OPT. MAX. SEDENTE
ANN. SAL. MDCXLIX. PONTIFICATVS SVI ANNO VI.
VRBANVS MILLINVS PATRITIVS ROMANVS
CVSTOS ANTIQVIOR NOSTRAE SOCIETATIS
XI. CAL. IANVARII
SOLEMNI CVSTODVM HABITV INDVTVS
CONTINVANDO POSSESSIONEM SOCIETATIS
ET IN EXECVTIONEM MANDATI DE MANVTENENDO
A SACRA VISITATIONE APOSTOLICA EIDEM CONCESSI ET EXPEDITI
INGRESSVS EST TABERNACVLVM FERREVM BASILICAE LATERANENSIS
IN QVO SACRA CAPITA BEATISS. APOSTOLORVM PETRI ET PAVLI
ASSERVANTVR
CLAVI VSVS VNA EX QVATVOR APERIENTIBVS IANVAM FERREAM ILLIVS
EODEM TEMPORE QVO IBIDEM INGRESSI FVERVNT
REVERENDISSIMI DD. ASCANIVS RIVALDVS VICESGERENS
ET MARIVS DE FABIIS AC IO. BAPTISTA DE MOLARIA CANONICI
QVIN ET ABSTERGENDIS APTANDISQ. AD APOSTOLORVM CAPITA GEMMIS
OMNIMODEQ. POLITIONI ET APTATIONI PRAESENS IN SIMVL ET PRAESTO FVIT
POSTMODVM EADEM CLAVI IANVA RECLVSA
CLAVEM IPSAM REPORTAVIT ET RETINVIT
TABVLISQ. ARCHIVIO NOSTRO COMENDATIS
PVBLICOQ. DE PRAEDICTIS ROGATO IN SOLIDVM INSTRVMENTO
EX ACTIS
IOSEPH PALEMOLLAE CANCELLARII SACRAE VISITATIONIS APOSTOLICAE

LEO-

Digitized by Google

LEONARDI DE LEONARDIS EMINENTISS. CARD. VICARII
AC DOMINICI BVRATTI ILLVSTRISS. AVDITORIS CAMERAE
ET FRANCISCI PACICHELLI NOSTRAE SOCIETATIS SECRETARII AC CVR. CAPITOLII
RESPECTIVE NOTARIORVM
VRBANVS IDEM MILLINVS MARCHIO GASPAR DE TORRES
ET ACHILLES MAFFEIVS
CVSTODES
ET EQ. HIERONYMVS MVTVS
CAMERARIVS
AD PERPETVAM MEMORIAM POSVERVNT

219.

In baſilica Vaticana.

Ad Portam Sanctam,

INNOCENTIVS X. PONT. MAX.
PORTAM HANC SANCTAM RESERATAM ET CLAVSAM
AB VRBANO VIII. PONT. MAX.
ANNO IVBILEI MDCXXV.
APERVIT ET CLAVSIT
ANNO IVBILEI M. DC. L.

220.

In baſilica Lateranenſi.

Supra maximam portam.

INNOCENTIVS X.
PONT. MAX.
LATERANENSEM BASILICAM
CONSTANTINI MAGNI IMPERATORIS
RELIGIONE AC MVNIFICENTIA
EXTRVCTAM

Digitized by Google

SVMMORVMQVE PONTIFICVM
PIETATE SAEPIVS INSTAVRATAM
VETVSTATE IAM FATISCENTEM
NOVA MOLITIONE
AD VETEREM EX PARTE ADHVC
STANTEM CONFORMATA
ORNATV SPLENDIDIORE RESTITVIT
AN. IVBILEI M. DC. L.
PONT. VI.

221.

Ibidem.

In quatuor ciborii lateribus.

INNOCENTIVS X.
PONTIFEX MAXIMVS
ANNO IVBILEI MDCL.
PONTIFICATVS VI.

222.

In templo Ludoviſiano.

In pariete ſupra majorem portam interiorem.

LVD. CARD. LVDOVISIVS S. R. E. VICECANC.
IN HONOREM B. IGNATII
SOCIETATIS IESV FVNDATORIS
QVEM GREGORIVS XV. PONT. MAX. PATRVVS
INTER SANCTOS RETVLERAT
TEMPLVM HOC A FVNDAMENTIS EXTRVXIT
NICOLAVS PLVMBINI ET VEN. PRINC. FRATER
APERIENDVM CVRAVIT AVSPICIIS
INNOCENTII X. P. M. ANNVM IVBILEI MDCL.
SANCTISSIME CELEBRANTIS

SS. Tri-

Digitized by Google

223.

SS. Trinitatis Peregrinorum.

In coenaculi pariete, ſub aenea protome.

INNOCENTIO X. PONT. MAX.
QVOD INSIGNI EIVS LIBERALITATE
DIFFICILLIMIS XENODOCHII TEMPORIBVS
VETVS IN EXCIPIENDIS PEREGRINIS MOS ET
LAVS RETINERI ATQVE FLORERE POTVERIT
BENEFICII MONVMENTVM SODALITAS POSVIT
ANNO IVBILAEI MDCL.

224.

In ponte Milvio.

Ad B. Virginis imaginem.

D. O. M.
VETVSTAM . HANC . DEIPARÆ . GENITRICIS . IMAGINEM
AD . VIATORVM . PRÆSIDIVM . ET . PIETATEM . HIC . POSITAM
OMNESQVE . ELEEMOSYNAS
A . CHRISTIANORVM . OBSEQVIO . IN . EIVS . CVLTVM . EROGATAS
INNOCENTIVS . DECIMVS . P. M.
MONIALIBVS . PÆNITENTIBVS
SVB . TITVLO . SANCTÆ . MARIÆ . MAGDALENÆ . AD . CVRSVM
IN . EARVM . PAVPERTATIS . SVBSIDIVM
APOSTOLICA . AVTHORITATE . CONCESSIT
ABI . VIATOR
ET . A . MATRE . MISERICORDIÆ
ADDISCE . MISERICORDIAM . ERGA . PAVPERES . PÆNITENTES

225.

Ibidem.

In lapide excavato ubi eleemoſynae proiiciuntur.

INNOCENTIO . X. P. O. M.
BENEFACTORI
ANNO . IVBILEI . MDCL.

In

Digitized by Google

226.

In foro Agonali.

Ad fontem medium, ad Meridiem.

INNOCENTIVS . X. PONT. MAX.
NILOTICIS . AENIGMATIBVS . EXARATVM . LAPIDEM
AMNIBVS . SVBTERLABENTIBVS . IMPOSVIT
VT . SALVBREM
SPATIANTIBVS . AMOENITATEM
SITIENTIBVS . POTVM
MEDITANTIBVS . ESCAM
MAGNIFICE . LARGIRETVR

227.

Ibidem.

Ad Orientem.

NOXIA . AEGYPTIORVM . MONSTRA
INNOCENS . PREMIT . COLVMBA
QVAE . PACIS . OLEAM . GESTANS
ET . VIRTVTVM . LILIIS . REDIMITA
OBELISCVM . PRO . TROPHEO . SIBI . STATVENS
ROMAE . TRIVMPHAT

228.

Ibidem.

Ad Occidentem.

INNOCENTIVS . DECIMVS . PONT. MAX.
NATALI . DOMO . PAMPHILIA
OPERE . CVLTVQ. AMPLIFICATA
LIBERATAQ. INOPPORTVNIS . AEDIFICIIS
AGONALI . AREA

FO-

Digitized by Google

FORVM . VRBIS . CELEBERRIMVM
MVLTIPLICI . MAIESTATIS . INCREMENTO
NOBILITAVIT

229.

Ibidem.

Ad Septentrionem.

OBELISCVM
AB . IMP. ANT. CARACALLA . ROMAM . ADVECTVM
CVM . INTER . CIRCI . CASTRENSIS . RVDERA
CONFRACTVS . DIV . IACVISSET
INNOCENTIVS . DECIMVS . PONT. OPT. MAX.
TRANSTVLIT . INSTAVRAVIT . EREXIT
ANNO . SAL. MDCLI. PONTIF. VII

230.

In Capitolio, in palatio Conſervatorum.

In pariete e Lydio marmore litteris auratis.

INNOCENTIO . X. PAMPHILIO . ROMANO . PONT. OPT. MAX.

QVI . POST . RESTITVTAM . VRBIS . CONSERVATORIBVS . DIV . INTERMISSAM

ADSISTENDI . PONTIFICIO . SOLIO . PRAEROGATIVAM

CAPITOLIVM . AEDIBVS . AD . DEXTERAM . A . SE . MAGNIFICENTER . EXTRVCTIS
ADAVCTVM . INVISERE

SVAE . GENTIS . MAGISTRATVVM . MEMORIAM . RECOGNOSCERE

PRINCIPIS . MAIESTATI . CIVIS . AC . PARENTIS . MISCERE . HVMANITATEM
DIGNATVS . EST

VT . RARO . PONTIFICIAE . BENIGNITATIS . EXEMPLO

PO-

Digitized by Google

POSTERITAS . QVOQVE . GAVDERET

S. P. Q. R.

MONVMENTVM . POSVIT . ANNO . DOM. M. DC. LIV.

FRANCISCO . CINCIO

IOANNE . BAPTISTA . VEROSPIO

IO. RINALDO . MONALDENSE . EX . D̄NIS . M. CALVELLI

CONSERVATORIBVS

CAMILLO . PALVMBARIO . CAP. REG. PRIORE

231.

S. Johannis in Laterano.

In pavimento.

INNOCENTIO X. PONT. OPT. MAX.
STRATA MARMORIBVS VARIIS
LATERVM PAVIMENTA MDCLV.

232.

In fronte novorum Carcerum.

IVSTITIAE ET CLEMENTIAE

SECVRIORI AC MITIORI REORVM CVSTODIAE

NOVVM CARCEREM

INNOCENTIVS X. PONT. MAX.

POSVIT

ANNO DOMINI

MDCLV.

In

Digitized by Google

233.

In baſilica Vaticana.

In media majori porta.

BASILICAM
PRINCIPIS APOSTOLORVM
IN HANC MOLIS AMPLITVDINEM
MVLTIPLICI ROMANORVM PONTIFICVM
AEDIFICATIONE PERDVCTAM
INNOCENTIVS X. PONT. MAX.
NOVO CAELATVRAE OPERE
ORNATIS SACELLIS
INTERIECTIS IN VTRAQVE TEMPLI ALA
MARMOREIS COLVMNIS
STRATO E VARIO LAPIDE
PAVIMENTO
MAGNIFICENTIVS TERMINAVIT

234.

In Capitolio, in Muſeo.

Sub aenea ſtatua.

INNOCENTIO X. PONT. MAX.

OB CAPITOLIVM AGONALE FORVM AEDIBVS OBELISCO ET SALIEN-TIBVS ORNAT

OB PRINCIPES BASILICAS MAGNIFICENTER INSTAVRATAS

OB INVECTAM DIFFICILI TEMPORE ANNONAM

ECCLESIASTICAM DIGNITATEM FELICITER VINDICATAM

DIVTVRNAE QVIETI BREVI BELLO CONSVLTVM

PVBLICAM VTILITATEM ABSQVE PVBLICO ONERE PRCCVRATAM

239.

S. Mariae Majoris.

Ad nobile Clementis IX. ſepulcrum.

CLEMENTIS . IX. AETERNAE . MEMORIAE . PONTIFICIS

MAGNI CINERES

NE ABSQVE VLLO SEPVLCRALI HONORE SICVT IPSE IVSSERAT

HVMI LATERENT

CLEMENS X. PONT. MAX. BENEFACTORI SVO . ET OB SPECTATVM FIDEI ZELVM

OB EGREGIAM ERGA OMNES BENEFICENTIAM ET CHARITATEM

DE RE CHRISTIANA OPTIME MERITO . GRATI ANIMI MONVMENTVM

POSVIT

ANNO DOMINI MDCLXXI.

240.

S. Mariae ſupra Minervam.

In ſacello S. Roſae e latere dextero.

D. O. M. IN HONOREM S. ROSÆ VIRGINIS LIMEN
QVAM CLEMENS IX
DIE XV. APRIL. MDCLXVIII.
BEATORVM, ET MDCLXXI. CLEMENS X.
SANCTORVM FASTIS . INTVLIT
TOTIQ. AMERICÆ VNIVERSALEM
PATRONAM ELEGIT . HOC SACELLVM
F. ANTONIVS GONZALEZ EPISCOPVS
CARACEN̄. ORD. PRÆD.
DICTÆ VIRGINIS PATRIOTA
ET APOTHEOSIS PROCVRATOR EXTRVXIT,
ORNAVIT, DICAVIT . MDCLXXI.

Ibidem

241.

Ibidem.

E latere ſiniſtro.

ATQ. IDIPSVM TVTELÆ AC PATRONATVI
EXCELL.MÆ COLVMNENSIVM STIRPI
ADDIXIT, CESSIT, PRÆBVIT.
QVOD ACCEPTANS HODIERNVS D. FAMILIÆ
APEX LAVRENTIVS PALIANI DVX
REGNI NEAP. CONTESTABILIS;
CVIVS MAXIMIS IMPENDIIS STAT OPVS,
RITE POSSESSIONEM INIIT, ELIGENS IN SVAM SVORVMQ.
DESCENDENTIVM PRÆCIPVAM SEPVLTVRAM
VT SVÆ COLVMNÆ PLVS VLTRA HERCVLEAS
HIC SANCTIVS PERENNENT
IN THOLO VIRGINIS PERVANÆ

242.

In conventu S. Marcelli.

CLEMENTI DECIMO PONTIFICI MAXIMO
QVOD ANNVENS ENIXIS PRECIBVS
AVGVSTISSIMI CAESARIS LEOPOLDI PRIMI
ET SERENISSIMI ETRVRIAE MAGNI DVCIS COSMI TERTII
AC TOTIVS ORBIS CHRISTIANI
PRAECIPVOQVE STVDIO
NERII CARDINALIS CORSINII PROTECTORIS SERVORVM B. M. V.
ET PALVTII CARDINALIS ALTERII S. R. E. CAMERARII
POST QVATVOR SECVLORVM VOTA
ANNO REPARATAE SALVTIS MDCLXXI.
SATAGENTE
IOANNE VINCENTIO LVCHESINIO VICARIO GENERALI APOSTOLICO
ET GENERALI ELECTO
BEATVM PHILIPPVM BENITIVM FLORENTINVM

AM-

Digitized by Google

AMPLIFICATOREM ET VELVT ALTERVM CONDITOREM
EIVSDEM ORDINIS SERVORVM DEIPARAE
INTER SANCTOS RETVLERIT
IDEM ORDO PERENNE HOC GRATI ANIMI MONVMENTVM POSVIT

243.

S. Peregrini in Burgo.

In fronte eccleſiae.

EANDEM S. PEREGRINI ECCLESIAM
CLEMENTIS PONT. XMI
HELVETICA CVSTODIA
DVX OFFICIALES MILITES
FORIS FACIE INTVS VARIIS ORNARVNT
ANNO MDCLXXI.

244.

In baſilica Vaticana.

In porticùs pavimento.

CLEMENS . X. PONT. MAX.
AN. M. DC. LXXII. PONTIF. III.

245.

S. Mariae ſupra Minervam.

In ſacello nobiliſſimae gentis Alteriae, ſub protome.

CLEMENS . X. PONT. MAX.
IO. BAPTISTAE . S. R. E. PRESB. CARD.
DE . ALTERIIS . FRATRI
AN. M. DCLXXI.

Ibidem

Digitized by Google

246.

Ibidem.

Sub protome.

CLEMENS . X. PONT. MAX.
LAVRENTIO . DE . ALTERIIS
PATRI
AN. M. DCLXXII.

247.

In baſilica Liberiana.

In exteriori fronte, quae Quirinalem reſpicit.

CLEMENS . X. PONT. MAX.
LIBERIANAE . BASILICAE
SEPTEMTRIONALEM
FRONTEM . SVA
IN VIRGINEM . MAGNAM
PIETATE
MAGNIFICENTIVS
EXTRVXIT
ET . EXORNAVIT
AN. SAL. MDCLXXIII.
PONTIFICATVS . IV.

248.

S. Franciſci Stigmatum.

In pariete.

CLEMENS X. P. M. ROMANVS
NOVIS CVMVLATVRVS BENEFICIIS HANC ARCHICONFRATERNITATEM
CVI PRIVATVS STVDIO RELIGIONIS NOMEN DEDERAT
PRECIBVS EXCELL. PRINCIPIS D. GASPARIS ALTERII NEPOTIS
AN-

Digitized by Google

ANNVAM STATVIT OBLATIONEM ARGENTEI CALICIS ET FACVLARVM
PER S. P. Q. R. FACIENDAM
IN FESTO SACRORVM STIGMATVM S. FRANCISCI
CVSTODES ET CONFRATRES
CLEMENTISSIMI PRINCIPIS MVNIFICENTIAE
HOC AETERNAE GRATITVDINIS MONVMENTVM
VENERABVNDI POSVERE ANNO MDCLXXIII.

249.

In baſilica Lateranenſi.

In clauſtro.

CLEMENTIS X. PONT. MAX. AVCTORITATE
FLAVIVS S. R. E. CARD. CHISIVS
ARCHIPRESBITER
PORTAM HANC SANCTAM APERVIT ET CLAVSIT
ANNO IVBILEI MDCLXXV.

250.

In baſilica Vaticana.

Ad interiorem Portam Sanctam.

CLEMENS X. PONT. MAX.
ANNO IVBILEI MDCLXXV.

251.

In baſilica S. Pauli.

In pariete.

TECTVM . PRÆ . ANTIQVITATE . ET . TEMPORVM . INIVRIA . FATISCENS
INNOCENTIVS X.
AVRI . LARGITIONE . ET . TRABIBVS . TAM . EX . BRVTIIS . QVAM . EX . THVSCIA . ADVECTIS
RESTITVI . IVSSIT

QVOD

Digitized by Google

QVOD . ADDITA . CLEMENTIS . X. MVNIFICENTIA
ANNO . IVBILEI . MDCLXXV.
ABSOLVTVM . EST
AMBORVM. SVMMORVM. PONTIFICVM. PATRIA. ET. GENEROSITATE
VERE . ROMANORVM
ERGA . BASILICAM . CONSTANTINIANAM . ET . VALENTINIANAM
PAVLO . APOSTOLO . CIVI . ROMANO
DICATAM
ABBAS . ET . MONACHI . S. PAVLI
G. A. M. P.

252.

S. Laurentii in Lucina.

In pariete.

D. O. M.

ANNO IVBILEI MDCLXXV. CLEMENTE X. P. O. M.
QVÆ SVB ARA MAXIMA HVIVS ECCLESIÆ SANCTI
LAVRENTII IN LVCINA SANCTORVM RELIQVIÆ CON
DEBANTVR AB EM.MO D. S.R.E. PRESBITERO CARDINALI
DE CARPINEO VRBIS VICARIO RECOGNITÆ SVB
NOVA MAGNIFICENTIVS ERECTA SOLEMNI POM
PA ET INCREDIBILI POPVLI CONCVRSV XI. KAL. DECEMB.
SVNT REPOSITÆ SINGVLARI PRIVILEGIO APOSTO
LICA BENIGNITATE OBTENTO VT QVICVMQ. ECCLE
SIAM HANC SEMEL INFRA OCTIDVVM VNA CVM
QVATVOR VRBIS BASILICIS RITE VISITARENT CŒ
LESTES IVBILEI THESAVROS CONSEQVERENTVR
CLERICI REG. MIN. AD PERPETVAM REI MEMORIAM
POSVERE ANNO EIVSDEM IVB. M. DC. LXXV.

253.

SS. Trinitatis Peregrinorum.

In cœnaculo, ſub marmoreo ſimulacro.

CLEMENTI X. PONT. MAX.
PRÆDECESSORIBVS ÆQVE PIO AC MVNIFICO

PRÆSENTIA ET LARGITATE IN XENODOCHIVM
SED VLTRO VERE CLEMENTI
OB RESTITVTAM MORTI ADDICTVM LIBERANDI FACVLTATEM
SODALITAS GRATI ANIMI MONVMENTVM POSVIT
ANNO IVBIL. M. DC. LXXV.

254.

In fronte amphitheatri Flavii.

AMPHITHEATRVM . FLAVIVM
TRIVMPHIS . SPECTACVLISQ. INSIGNE
DIIS . GENTIVM : IMPIO . CVLTV . DICATVM
MARTYRVM . CRVORE . AB . IMPVRA . SVPERSTITIONE
EXPIATVM
NE . FORTITVDINIS . EORVM . EXCIDERET . MEMORIA
MONVMENTVM
A . CLEMENTE . X. P. M.
AN. IVB. MDCLXXV.
PARIETINIS . DEALBATIS . DEPICTVM
TEMPORVM . INIVRIA . DELETVM
BENEDICTVS . XIV. PONT. M.
MARMOREVM . REDDI . CVRAVIT
AN. IVB. MDCCL. PONT. X.

255.

SS. Vincentii & Anaſtaſii in Trivio.

Humi.

D. O. M.
PRAECORDIA
CLEMENTIS X. P. M.
OBIIT IN QVIRINALI
DIE XXII. IVLII MDCLXXVI.

256.

In baſilica Vaticana.

In magnificentiſſimi ſepulcri urna.

CLEMENS X.
DE ALTERIIS ROMANVS
PONT. MAX.

In

Digitized by Google

257.

In clauſtro S. Baſilii.

In pariete.

D. O. M.

CLEMENTI DECIMO PONTIFICI SVMMO

PRINCIPI OPTIMO SANCTISSIMOQ

CVI VNICA IVGISQ CVRA

SVAVITER OMNIA REGERE

AC FORTITER OMNIA MODERARI

ET IN CVNCTIS DEI MAXIMI GLORIAM PLACITVMQ PRÆFERRE

IS TARTARORVM TVRCARVMQ IMPETITAM INCVSSIONIBVS POLONIAM

ÆRE OPERA ET CONSILIO TVTAVIT

FLVCTIBVS REBELLANTIVM OBNOXIAM NVTATEMQ.(ſic) HVNGARIAM

SVASV OFFICIIS LEGATIONIBVS FVLSIT

CATHOLICAM PENE TOTAM EFFECIT

GERMANIAM EIVSQ PROCERES DIGNATIONE AC BENEFICIIS ADSTRINXIT

AVGVSTAMQ DOMVM FAVENTI PRORSVS ANIMO EXORNAVIT AC FOVIT

RES HISPANICAS AD DECORA PARITER ET AD PROSPERA IVVIT

GALLIAS SPLENDORIBVS AVXIT

ET AB ADREPENTIBVS DOCTRINARVM DISSIDIIS SERVAVIT INDEMNES

BENEFICVM AC SOLLICITVM LVSITANIÆ SE PRÆBVIT

PIETATIS AC VIRTVTIS VEL IPSI AVSPICEM ANGLIÆ

PROVOLVTVM AD PEDES EXCEPIT MOSCVM

ET DIFFVSA CHARITATE NATIONES LVSTRAVIT

Digitized by Google

AFFVLSIT ET PERSIS

ITALIÆ

PRÆCIPVVM SE

RELIGIONIS AC DIGNITATIS VBERTATIS ET PACIS

ASSERTOREM AC VINDICEM PRÆSTITIT

DITIONIS PLEBISQ SVÆ RATIONES ET COMMODA EVEXIT

ORBEM VNIVERSVM VIRTVTIS ODORE PERFVDIT

ET NOMINIS GESTORVMQ MAIESTATE COMPLEVIT

CANDIDISSIMO PIENTISSIMO MERITISSIMOQ

AC DOMINICI GREGIS PASTORI PLANE DIVINO

FRANCISCVS S. R. E. TIT. S. MATHÆI IN MERVLANA PRESB. CARD. NERLIVS

HOC SIBI AD AVGMEN HONORIS MAXIME DVCENS

QVOD EVM IN PATREM AC DOMINVM

AC OMNIMODÆ IN SE IPSVM GRATIÆ EFFECTOREM HABVERIT

GRATISSIMÆ MENTIS AC DEBITÆ VERISSIMÆQ COMMENDATIONIS

MONVMENTVM STABILE POSVIT

ANNO DOMINI M.D.C.L.XXVII

D. APOLLINARIS AGRESTA TOTIVS ORDINIS S. BASILII MAGNI ABB. GNLIS

AB EOD. SVM. PONTIFICE PRIMVM ASSVMPTVS EMI NERLII ORDINIS PRO

TECTORIS NVTIBVS OBSEQVENS ET COLLATI IN SE BENEFICII NON IM

MEMOR . HIC IN ÆDIBVS OLIM PRO COLLEGIO ANN. M. DC. LXVI. EIVSD. TVNC

SAC.CONGREGATIONIS EPOR.ET REG. SECRETARII INTERCESSIONE ET

AVCTORITATE QVÆSITIS ERIGENDVM EX IPSIVS D. CARD. LARGITIONE CVRAVIT

S.Ana-

Digitized by Google

258.

S. Anaſtaſiae.

In exteriori pariete.

VETVSTISSIMÆ ROMANÆ FAMILIÆ
DE ALTERIIS
OB DOMOS OLIM A IVLIO ASSIGNATAS
NVPER VERO A S. M. CLEMENTE X.
AREAM PRO CONSTRVENDIS HORREIS
GEMINATA DONATIONE ADIVNCTAM
NE TANTÆ BENEFICENTIÆ
MEMORIA PERIRET
HOC GRATI ANIMI MONIMENTVM
CANONICI POSVERE
ANNO DOM. MDCLXXXII.

259.

S. Matthaei in Merulana.

In pariete.

D. O. M.
CLEMENTI DECIMO PONT. MAX.
PRINCIPI OPTIMO SANCTISSIMOQVE
CVIVS GRANDE QVACVNQVE NOMEN
ET INCLYTA ÆTERNVM RESONAT
IN BENEDICTIONE MEMORIA
FRANC. S. R. E. PRESB. CARD. NERLIVS
TVTELARI ET AVSPICI BENEFICENTISSIMO
GRATI ANIMI
ET IMPENSÆ SVÆ VENERATIONIS
MONVMENTVM
IN HOC S. MATHÆI IN MERVLANA
QVO AB IPSO OLIM EST INSIGNITVS TITVLO
POS.
ANN. M.D.C.L.XXXII.

Ibidem

Digitized by Google

260.

Ibidem.

In pariete.

D. O. M.
FRANCISCVS S. R. E. PRESB. CARD. NERLIVS
BEATISS. VIRGINIS DEIPARÆ
IN HAC S. MATHÆI IN MERVLANA TITVLI SVI ÆDE
MIRACVLORVM GLORIA LATE FVLGENTIS
SVB VMBRA
ET IVXTA ERECTVM A SE SIMVLACRVM
SANCTISS. PONTIFICIS CLEM. X.
BENEFACTORIS EXIMII
QVI EVMDEM MVNIIS AC DIGNITATIBVS
INFVLIS ATQVE OSTRO
DECORAVIT
SEPVLCRVM SIBI
AC DEVOTÆ MENTIS INDELEBILE MONVMENTVM
POS.
ANN. DOM. MDCLXXXVII.

261.

S. Franciſci ad Pontem Sixti.

In hoſpitii atrio.

VALETVDINARIVM . SACERDOTVM
PIA . IOANNIS . ANTONII . VESTRII . LARGITIONE . INSTITVTVM
A . CLEMENTE . X. P. M. PRIVILEGIIS . ORNATVM
NOVAQVE. FRANCISCI. ANTONII. BLANCARDI. HEREDITATE. AVCTVM
ET . COLLEGIVM . ECCLESIASTICVM
AB . INNOCENTIO . XII. P. M. ERECTVM . AD . ECCLESIASTICAM
DISCIPLINAM . RETINENDAM . TRADITO . IN . LEONINA . VRBE . IN-
SIGNI . PALATIO

Digitized by Google

IPSIQVE . VALETVDINARIO . CONIVNCTVM
IN . XENODOCHIVM . QVOD . SIXTVS . V. P. M. OLIM . EXTRVXERAT
MAGNIFICENTIVS . RESTITVTVM
VTRVMQVE . TRANSLATVM . FVIT
IOSEPHO . RENATO . CARDINALE . IMPERIALI
ET . CONGREGATIONE . HIS . PRÆPOSITA . CVRANTIBVS

262.

S. Mariae de Monte Sancto .

Sub aenea protome .

CLEMENTI X. P. M.
OB MAXIMVM IN AMPLISSIMO
S. R. E. CARDINALIVM SENATV
SACRÆ PVRPVRÆ
HONOREM ACCEPTVM
HIERONYMVS S. R. E. PBR
CARDINALIS GASTALDVS
P.

263.

S. Mariae Trans Pontem.

In pariete .

D. O. M.
AETERNAE SVMMORVM PONTIFICVM MEMORIAE
QVI
S. CANVTI IV. REGIS ET PROTOM. DANOR. SACROS FASTVS PROVEXERIT
VRBANVS VIII.
CVLTVM PRIMVS IN VRBE ANNVA CELEBRITATE SANCIVIT
CLEMENS IX.
SACRAM IPSAM DIEM INDVLGENTIARVM THESAVRIS LOCVPLETAVIT
CLE-

Digitized by Google

CLEMENS X.
OFFICIVM SVB RITV SEMIDVPLICI
VNIVERSALI ECCLESIAE CONCESSIT AD LIBITVM

INNOCENTII XIII.

A. C. MDCCXXI.

264.

S. Apolloniae.

Supra monaſterii januam.

INNOCENTIO XIII. P. M.
QVOD
SVI IN B. APOLLONIAM OBSEQVII MEMOR
EIVSDEM FESTO RECVRRENTE
AD TEMPLVM VENERABVNDVS ACCESSERIT
MONASTERII CLAVSTRA INGRESSVS
PRÆSENTIA AC MAIESTATE DECORARIT
ANGELA CATHARINA SYLVA ABBATISSA
HOC ACCEPTI BENEFICII MONVMENTVM
PONI CVRAVIT
A. D. MDCCXXII.

265.

S. Euſtachii.

In pariete.

D. O. M.
INNOCENZO XIII. DI SANTA MEMORIA
CONCESSE IN PERPETVO INDVLGENZA PLENARIA
APPLICABILE ANCHE PER MODO DI SVFFRAGIO
PER LE ANIME DEL PVRGATORIO

A TVT-

Digitized by Google

A TVTTI LI FEDELI DELL' VNO E L' ALTRO SESSO
CHE VERAMENTE PENTITI CONFESSATI E COMVNICATI
VISITARANNO IL VENERABILE
CHE DALLA COMPAGNIA DEL SS. SAGRAMENTO DI S. EVSTACHIO
SI FA ESPORRE IN DETTA CHIESA TVTTI LI MERCOLEDI DELL'ANNO
DALLE ORE XXII. SINO ALLE XXIV.
ET IVI PREGARANNO SECONDO L' INTENZIONE DI N. S.
COME PER BREVE SPECIALE SPEDITO PRESSO S. MARIA MAGIORE
L' ANNO I. DEL SVO PONTEFICATO
SOTTO IL DI XVI. GENNARO MDCCXXII.
PRIMICERIO GVARDIANI ET OFFICIALI DELLA COMPAGNIA P. F.

266.

S. Mariae de Aracoeli.

In pariete.

INNOCENTIO XIII. P. M.
QVOD
PRÆ CETERIS E SVA GENTE DECESSORIBVS
INNOCENTII III. GREGORII IX. ATQVE ALEXANDRI IV.
VT EXIMIAS VIRTVTES ALIAS
SIC ET SINGVLAREM IN SERAPHICVM ORDINEM
BENEVOLENTIAM ÆMVLATVS
GENERALIA EIVSDEM ORDINIS COMITIA
VLTRA VICESIMVM ANNVM INTERMISSA
SVBMOTIS CONSILII MAGNITVDINE DIFFICVLTATIBVS
FELICITER IN HANC ÆDEM
COEGERIT
LAVDATOSQ. GREGORIV̄ ATQ. ALEXANDRV̄ IMITATVS
PRÆSENS AC PRÆSES
MAIESTATE ILLVSTRAVERIT
AVTHORITATE DIREXERIT
FR. LAVRENTIVS A SANCTO LAVRENTIO
TANTI PONTIFICIS AVSPICIIS
MINISTER GENERALIS RENVNCIATVS

SVO TOTIVSQVE ORDINIS NOMINE
GRATI ANIMI M. P.
ANNO MDCCXXIII.

FR. IOSEPH MARIA EBOREN. AD SVI ORDINIS GLORIAM EREXIT

267.

Ibidem.

In pariete.

GENERALE FF. MINORVM CAPITVLVM
HAC IN ÆDE IDIBVS MAII CELEBRATVM
VT QVEMADMODVM SEXTA DECIMA DIES APRILIS
QVA PRIMVM INNOCENTIVS III. ORDINEM APPROBAVIT
SIC ET FAVSTVS COMITIORVM HORVM DIES
INNOCENTII XIII.
SVMMI EX EAD. GENTE PONTIFICIS ORNATVS MAIESTATE
KALENDARIO ROMANO-SERAPHICO INSCRIBATVR
VTQ. TANTO PONTIF. MORTALES (QD SERO EVENIAT) DESERETĒ
PRÆTER SOLEMNE SACRVM IN VTRIVSQ. ORBIS CONVENTIB.
TER A SINGVLIS PRESBYTERIS
OBSERVANTIBVS REFORMATIS EXCALCEATIS
RECOLLECTIS TERTII ORDINIS
AVT ALIO QVOCVNQVE NOMINE NVNCVPATIS
DEO SACRIFICIVM OFFERATVR
STATÆQ. PRECES AB ILLIVS ORDIN: ALVMNIS AC MONIALIB.
PRO EIVS ANIMÆ REQVIE PERSOLVANTVR
ATQVE ANNIVERSARIVM VTIQVE PERPETVO CELEBRETVR
PROPONENTE GENERALI MINISTRO TOTIVS ORDINIS
CETERISQVE OMNIBVS APPROBANTIBVS
CAVIT SANXIT DECREVIT
XVI. KAL. IVNII MDCCXXIII.

FR. IOSEPH MARIA EBOREN. AD SVI ORDINIS GLORIAM EREXIT

S. Ma-

Digitized by Google

268.

S. Mariae ad Martyres.

In pariete.

CLEMENS XI. PONT. MAX.
CELEBERRIMA HAC AEDE A TEMPORIS INIVRIIS VINDICATA
NOVISQVE E MARMORE IMAGINIBVS INSIGNITER EXCVLTA
ARAM MAXIMAM IN HONOREM S. MARIAE AD MARTYRES LONGE MAGNIFICENTIOREM
EXCITANDAM DESIGNAVERAT
IPSIVS TAMEN OBITV INTERCEDENTE
EAM NICOLAVS IVDICE S. P. A. PRAEFECTVS CVI ASSIGNATA IN SVMPTVS PECVNIA
AB EODEM PONTIFICE TOTIVS OPERIS PERFICIENDI MVNVS
FVERAT DEMANDATVM EXPLERI CVRAVIT
ET EX IVSSV
INNOCENTII XIII. P. M.
FELICITER SEDENTIS MONVMENTVM POSVIT
ANNO SALVTIS MDCCXXIII.

269.

S. Agnetis extra Portam Piam.

In pariete.

INNOCENTIO XIII. P. O. M.
EX INCLYTA COMITVM GENTE
QVOD ANTIQVISSIMAM HANC D. AGNETIS BASILICAM
A CONSTANTINO M. CONSTANTIÆ FILIÆ PRECIBVS
EXTRVCTAM
A SS. PONTIFICIBVS
LIBERIO INNOCENTIO I. ET HONORIO I.
INSTAVRATAM ORNATAMQ.

A S. GREGORIO M. DVABVS HABITIS HOMILIIS
AB ALEXANDRO IV. TRIBVS CONSECRATIS ALTARIBVS
A PLVRIMIS ALIIS PONTIFICIBVS
SOLEMNIVM CELEBRATIONE MISSARVM
DECORATAM
AB INNOC. VIII. CONGREGATIONI SS. SALVATORIS
ATTRIBVTAM
A PAVLO V.
SACRIS AGNETIS ET EMERENTIANÆ CORPORIBVS
ARGENTEA IN ARCA SVB ARA MAXIMA RECONDITIS
IPSAQ. ARA PRETIOSIS MARMORIBVS EXCVLTA
DITATAM
AB INNOCENTIO X. TITVLI CARDINALITII HONORE
AVCTAM
RECVRRENTE EIVSD. S. AGNETIS NATALI DIE
ANNO MDCCXXIV.
CVM OMNI PONTIFICIÆ MAIESTATIS CVLTV
PRÆSENS ADIRE DEVOTEQ. INVISERE DIGNATVS SIT
AGNOS POST ABBATIS
EX VETVSTISSIMO RITV BENEDICTIONEM
A LATERANENSI CAPITVLO SIBI OBLATOS
BENIGNE EXCEPERIT
ET REGVLARES CANONICOS
DEPROMPTIS EX SACRO ECCLESIÆ THESAVRO
SPIRITVALIBVS MVNERIBVS CVMVLAVERIT
IIDEM CANONICI
GEORGIO S. R. E. CARD. SPINVLA HVIVS ECCL. TITVLARI
ANNVENTE
GRATI ANIMI ET PERENNIS OBSEQVII
M. PP.

270.

S. Petri in Vaticana.

In temporario ſepulcro.

INNOCENTIVS XIII.
PONT. MAX.

Digitized by Google

271.

SS. Vincentii, & Anaſtaſii.

Humi.

D. O. M.
PRÆCORDIA
INNOCENTII XIII. P. M.
OBIIT IN QVIRINALI
DIE VII. MARTII MDCCXXIV.

272.

In baſilica S. Pauli.

In pariete.

INNOCENTIO XIII. P. M.
CVM DE INSIGNI HAC BASILICA
ANTIQVO SPLENDORI RESTITVENDA
SOLLICITVS
EIVSDEM TECTVM COLLATIS SVMPTIBVS
IAM RESTAVRANDVM CVRASSET
ET AMPLIORA MEDITARETVR
PRÆPROPERA MORTE E VIVIS EREPTO
ABB. ET MONACHI
G. A. M. P.
ANNO D. MDCCXXIV

BENEDICTI XIII.

A. C. MDCCXXIIII.

273.

S. Mariae in Trivio.

In pariete.

AEDEM HANC IN HONOREM IMMACVLATÆ DEIPARÆ VIRGINIS
A BELLISARIO BELLI DVCE

PRI-

PRIMVM EXCITATAM
VETVSTATE DEINDE FATISCENTEM
ALIORVM MVNIFICENTIA AC PIETATE RESTAVRATAM
DEMVM
AB ORDINE MINISTRANTIVM INFIRMIS
NOVO IN ABSIDE CŒLATVRÆ OPERE AC PICTVRARVM ELEGANTIA
DECORATAM
NEC NON MVLTIPLICI ORNAMENTORVM GENERE
IN HANC SPLENDIDIOREM FORMAM REDACTAM
AC RESTITVTAM
EM.VS AC REV.MVS DNVS FR. VINCENTIVS M.A VRSINVS ROMANVS
ORDINIS PRÆDICATORVM
S. R. E. TIT. S. XYSTI PREBR CARD. S. XYSTI NVNCVPATVS
ARCHIEPVS SIPONTINVS
ANNO IVBILEI MDCLXXV. DIE XXV. MARTII
FESTO ANNVNCIATIONIS B. M. VIRGINIS AC INCARNAT.IS DOM.CÆ
SOLEMNI RITV CONSECRAVIT
ASSIGNATA PRO ANNIVERSARIA DEDICATIONIS FESTIVITATE
PRIMA DOM.CA POST FESTVM EXALTATIONIS S. CRVCIS
SOLITISQ. INDVLGENTIIS CENTVM DIERVM CONCESSIS

274.

SS. Johannis, & Pauli.

Ante ſacrarium.

QVINQVE ALTARIA HVIVS ECCLESIÆ
SS. IOANNIS ET PAVLI
ANNO M. D. XXCIIX. AB ARCHIEPISCOPO
MONTIS REGALIS SACRATA

DEIN-

Digitized by Google

DEINDE AB EM. CARD. DE NORFOLCIA
EX ORD. PRÆD. QVI
ECCLESIAM IPSAM BASILICÆ INSTAVRAVIT
E PRIORE SITV AMOTA
FR. VINCENTIVS MARIA ORD. PRÆ. S. R. E.
PRESBITER CARDINALIS
EX EORVMDEM SANCTORVM MARTYRVM VRSINO
GENERE PROCREATVS SANCTÆ
BENEVENTANÆ ECCLESIÆ
ARCHIEPISCOPVS SOLEMNI RITV DICAVIT
DIE XXVIII. MENSIS MAY M. D. C. LXXXIX.

275.

S. Bonaventurae vulgo alla Polveriera.

In pariete.

ECCLESIA HANC IN
HONOREM DEI, ET S.
BONAVENTVRÆ PONT. CONF. ET
ECCLÆ DOCT. SOLEMNI RITV DICAVIT
DIE XX. NOVEMB. MDCLXXXIX. EM.
D. F. VINCENTI' MARIA ORD. PRÆ
DIC. TIT. S. XISTI S.R.E. PRESB. CARD.
VRSINVS (ſic) S.TÆ BENEVĒTANÆ ECCLÆ
ARCHIEPS: ET SINGVLIS XPI FIDE
LIBVS ANNIVERSARIAS HIC FVN
DENTIB' PRECES DIE X. FEBR. IN
QVA FESTV DEDICATIONIS TRASTV,
LIT, CENTVM INDVLGENTIÆ DI
ES CONCESSIT.

S. Ma-

276.

S. Mariae ſupra Minervam.

In pariete.

FR. VINCENTIVS MA
ORD. PRÆD.
S. R. E
CARDINALIS VRSINVS
EPVS PORTVEN. ET S. RVFINÆ
ATQVE
ARCHIEPVS BENEVENT.
PIETATEM ET BENEFICENTIAM
MAIORVM SVORVM
ERGA HANC BASILICAM
PROSEQVENS
ALTARE MAIVS
CONSECRAVIT
ANNO DNI MDCCXV
X. KAL MARTY
PAVIMENTVM
MARMORIBVS INTERPOSITIS
RENOVAVIT

277.

S. Mariae Magdalenae in Quirinali.

In pariete.

ECCLESIAM HANC ET ALTARE HOC MAIVS
AD DEI HONOREM EIVSQ. SS. VIRGINIS MATRIS
AC SANCTÆ MARIÆ MAGDALENÆ
SOLEMNI RITV DEDICAVIT
DIE V. APRILIS MDCCXV.
QVO DIE QVATVOR HÆC ETIAM MINORA ALTARIA

SA-

SACRIS INITIARIT
FR. VINCENTIVS MARIA ORD. PRÆD. EPVS PORTVEN.
S. R. E. CARD. VRSINVS ARCHIEPS BENEVENTANVS
QVI ANNIVERSARIAS HIC XXIII. IVLII FVNDENTIBVS PRECES
CENTVM INDVLGENTIÆ DIES
PERPETVO CONCESSIT

278.

In baſilica SS. XII. Apoſtolorum.

In pariete.

D. O. M.
BENEDICTVS XIII. PONT. MAX.
INCLYTI PRÆDICATORVM ORDINIS
DIE XVII. SEPTEMBRIS MDCCXXIV.
QVA DIE BENEDICTVS XI. EX IPSOMET ORDINE
SACRORVM STIGMATVM S. FRANCISCI
SOLEMNITATEM INSTITVIT
NOSTRAM HANC BASILICAM
LOCO VETERIS COLLABENTIS AC EVERSÆ REFECTAM
IN HONOREM DEIPARÆ VIRGINIS SS. XII. APOSTOLORVM
AC EIVSDEM S. FRANCISCI
SOLEMNI RITV PRIMAM CONSECRAVIT
VNA CVM ALTARI MAIORI
IN QVO SS. MARTYRVM SEVERINI ET DONATI
RELIQVIAS INCLVSIT
PRO ANNIVERSARIA CONSECRATIONIS DIE
DOMINICAM IMMEDIATE SEQVENTEM DESIGNAVIT
OMNIBVSQVE CHRISTIFIDELIBVS IPSAM ECCLESIAM
PRESCRIPTA DOMINICA VISITANTIBVS
QVINQVAGINTA ANNORVM ET TOTIDEM QVADRAGENARVM
INDVLGENTIAM BENIGNE CONCESSIT
ORDO MINORVM CONVENTVALIVM
ACCEPTI A SANCTISSIMO PONTIFICE INSIGNIS BENEFICII
HOC EXTARE VOLVIT MONVMENTVM

Digitized by Google

279.

S. Mariae ad Martyres.

Ad majorem aram.

BENEDICTVS XIII. P. M. ORD. PRÆD.
VTRAMQVE ARAM
CONSECRAVIT
KAL. NOVEMBRIS
MDCCXXIV.

280.

S. Mariae de Aracoeli.

In coenaculi pariete.

BENEDICTO XIII. P. M.
ORDINIS PRÆDICATORVM
QVOD DIE S. P. FRANCISCO SOLEMNI
SINGVLARI BENIGNITATIS EXEMPLO
VNA CVM VTRIVSQVE FAMILIÆ
PRÆDICATORVM AC MINORVM
SODALIBVS
COMMVNI MENSÆ ASSIDERE
NON DEDIGNATVS
HVNC LOCVM PONTIFICIÆ MAIESTATIS PRÆSENTIA
CONDECORAVERIT
AN. CIƆDCCXXIV.
IN PEREN. TANTI ORNAMENTI MEMOR.
FF. C. PP.

281.

S. Petri in Vaticano.

Ad fontem baptiſmalem.

BENEDICTVS XIII. PONT. MAX.
ORD. PRÆDICATORVM
HVMANÆ REGENERATIONIS FONTEM
VETERI RITV INSTAVRAVIT
ANNO SAL. MDCCXXV.
PONT. SVI ANNO II.

282.

In ſacrario SS. XII. Apoſtolorum.

In pariete.

D. O. M.
MISSÆ OMNES AD ALTARIA HVIVS ECCLESIÆ
PRO SVMMIS PONTIFICIBVS, CARDINALIBVS,
PROTECTORIBVS ORDINIS, AC FRATRIBVS DEFVNCTIS,
AB EIVSDEM ORDINIS DVMTAXAT SACERDOTIBVS
QVANDOCVNQVE CELEBRATÆ INDVLTO ALTARIS
PRIVILEGIATI PERPETVO GAVDENT, VIGORE BREVIS
BENEDICTI PAPÆ XIII. DIE XXXI. IANVARII MDCCXXV.
INSVPER MISSÆ OMNES IN OBITVS, VEL ALIO DIE,
PRO IISDEM ENVNCIATIS PERSONIS, AC ETIAM
PRO VICEPROTECTORIBVS, ORDINARIIS LOCI,
BENEFACTORIBVS, IPSISQVE FRATRIBVS
ET MONIALIBVS ORDINI SVBIECTIS, HORVMQVE
TANTVM GENITORIBVS, A QVOVIS SACERDOTE
CELEBRATÆ, EODEM PERPETVO ALTARIS PRIVILEGIO
GAVDENT EX INDVLTO BENEDICTI PAPÆ XIV.
DIE IV. SEPTEMBRIS MDCCLI.

Digitized by Google

283.

S. Blaſii de Foſſa.

In pariete.

D. O. M.
ANNO IVBILEI MDCCXXV. DIE XXII. MARTII
SEDENTE
BENEDICTO XIII. P. M.
DE EIVS MANDATO ILLMVS ET REVEMVS
DOMINICVS DE RVBEIS EPVS VVLTVRANEN. ET
MONTIS CORVINI VISITATOR APOSTOLICVS TRIA HVIVS
ECCLESIAE ALTARIA AB INFRASCRIPTO RECTORE MAR
MORIBVS EXORNATA SOLEMNITER CONSECRAVIT AC
EODEM DIE QVOTANNIS ILLA VISITANTIBVS XXXX
DIERVM INDVLGENTIAM IN PERPETVVM CONCESS
EX INSTRVMENT. PER ACTA CORVINI NOT. CAP.
NICOLAVS CLAVSVS
ECCLESIA INTVS FORISQ. A VETVSTATE REFECTA
RECTORATVS SVI ANNO XXV

284.

In baſilica S. Pauli.

In ſacello SS. Crucifixi.

D. O. M.
INSIGNEM HANC
CRVCIFIXI IMAGINEM
EX ALTARI , IN QVOD
AN. MDXCIV. EX ALIO
TRANSLATA FVERAT , IN
NOVVM HOC SACELLVM

BENE-

BENEDICTI XIII. P. M.
INTERVENTV
ABBAS ET MONACHI
SOLEMNIORI POMPA
DEDVXERVNT AN. IVB.
MDCCXXV. VI. NON.
MAY; QVI ET AD EIVSDEM
CRVCIFIXI PEDES
PERANTIQVAM B. V.
EFFIGIEM COLLOCARVNT
EOD. AN. XIV. KAL. IVNY.

285.

S. Mariae de Aracoeli.

In pariete.

IN HONOREM B. V. MARIÆ ET S. FRANCISCI CONFESSORIS
ARAM HANC PRINCIPEM
BENEDICTVS XIII. ORDINIS PRÆDIC. CONSECRAVIT
DIE XXI. SEPTEMBRIS MDCCXXV
ET IN ANNIVERSARIO DIE ANNOS L
ET TOTIDEM QVADRAGEN
DE VERA INDVLG.
CONCESSIT

286.

S. Caroli in via Flaminia.

In pariete.

D. O. M.
BENEDICTVS
PAPA XIII.
ORDINIS PRÆDICATORVM

ARAM

Digitized by Google

283.

S. Blaſii de Foſſa.

In pariete.

D. O. M.
ANNO IVBILEI MDCCXXV. DIE XXII. MARTII
SEDENTE
BENEDICTO XIII. P. M.
DE EIVS MANDATO ILLMVS ET REVEMVS
DOMINICVS DE RVBEIS EPVS VVLTVRANEN. ET
MONTIS CORVINI VISITATOR APOSTOLICVS TRIA HVIVS
ECCLESIAE ALTARIA AB INFRASCRIPTO RECTORE MAR
MORIBVS EXORNATA SOLEMNITER CONSECRAVIT AC
EODEM DIE QVOTANNIS ILLA VISITANTIBVS XXXX
FVNDATORIS

44.

S. Mariae Majoris.

In pariete.

GVIDO ASCANIVS SFORTIA
DIACON. CARD. S. FLORAE
S. R. E. CAMERARIVS
HVIVS BASILICAE ARCHIPRESBYTER
SACELLVM HOC
PIETATIS SVAE MONVMENTVM

Digitized by Google

A SE DVM VIVERET
INCHOATVM
MORIENS LEGATA HAEREDIBVS
PECVNIA ABSOLVI
TESTAMENTO IVSSIT
ANNO MDLXIV

45.

Ibidem.

Sepulcrum cum imagine depicta.

D. O. M.
GVID. ASCANIO SFORTIÆ CARD. PAVLI III. NEP.
S. R. E. CAMERARIO BONONIÆ ET FLAMIN. LEGATO
ATQVE HVIVS BASILICÆ ARCHIPRESBYTERO
ALEX. CARD. SFORTIA FRATRI DESIDERATISS.
VIXIT AN. XLV. MENSES X. DIES XII.
OBIIT AN. SAL. MDLXIV. NON OCT.

46.

Ibidem.

In pariete.

D. O. M.
MARCELLO . CARDINALI . CRESCENTIO
QVI . OB . INSIGNEM . PRAESTANTIS . IGENII . LAVDEM
XXV . NATVS . ANNOS . A . CLEMENTE . VII . ROTAE . AVD.
DEINDE . EPISC. FACTVS . A . PAVLO . III. S. R. E. PRESB.
CARDINALIS . CREATVS . PRINCIPVM . VIRORVM
REGVMQ. IN . PRIMIS . GRATIA . ET . BENEVOLENTIA
FLORVIT . SVB . IVLIO . III . BONONIAE . PERPETVVS
TRIDENT . CONCILII . SOLVS . APOST . SEDIS
LEGATVS . IN . ORTHODOXAE . FIDEI . CAVSAM
CVM . TOTVS . INCVMBERET . GRAVI . MORBO

CON-

Digitized by Google

CONSVMPTVS . VERONAE . DECESSIT . ANNO .
AETAT . SVAE . LII . SAL . HVM . MDLII . V . KAL . IVN.
ALEXANDER . CRESCENTIVS . FRATRI . B . M . ET
SIBI . POSTERISQ . SVIS T. F. I.
MARIVS . CRESCENTIVS
HIPPOLYTI . FIL . ALEXANDRI . NEPOS
MARII . PRONEPOS . FECIT
CIↃ IↃ LXXXVII

47.

S. Johannis in Laterano.

In pariete.

IVLIANVS CAECIVS CAN. LAT
HIPPOLYTA CAECIA
TRANQVILLVS CAECIVS
AVRELIVS CAECIVS CAN. LAT.
MATTHIAS CAECIVS
LVDOVICVS CAECIVS CAN. LAT.
FAVSTINA CAECIA
POMPON. CAEC. CAN. LAT. S. R. E.
PRESB. CAR. PAVLI III. VICAR
FRATRES
ATILIO MATTHIAE F. CAN. LAT.
AMANTER ET PIE CVRANTE
DIVERSIS LOCIS DISSIDI
QVI EX VNO MATERNO VTERO
PRODIISSENT VT IN VNVM
TERRAE MATRIS LOCVM
RECIPERENTVR
H. S. S.

Ibidem

Digitized by Google

48.

Ibidem.

ATILIVS CAECIVS CAN. LAT.
HOC SACELLVM IN BASILICA SALVATORIS
EXAEDIFICAVIT FRVCTIBVSQ DENARIOR CCXX
HOC EST PRAESENTIS MONETAE AVREOR XX
AD REM SACR. BIS QVOTANN FACIEND. INSTRVXIT
SEMEL ANNIVERSARIA MEMORIA SEPVLTVRÆ
POMPONII CAECII CARD.
ITERVM ANNIVERSARIO DIE IPSIVS ATILII
SEPVLTVRAE HAC RATIONE DISTRIBVENDOR
CANONICIS DENAR XXXVIII
BENEFICIARIIS DENAR XXII
CLERICIS DENAR IIII
CANONICO REM SACR. FACIENTI DEN. II.
CANONICO DIACONO DEN II
CANONICO SVBDIACONO DEN I
SACRARII CVSTODIBVS DENAR II
MANSIONARIIS DENAR II
ACOLVTHIS DENAR II
CANTORIBVS DENAR X
IN CERAE SVNPTVM DEN XXIIII
TANTVNDEM DENARIORVM IN ALTERO
ANNIVERSARIO ET EODEM MODO PRAEBENDOR.

Digitized by Google

49.

S. Catharinae Funariorum.

In fronte.

FEDERIC. CAESIVS. EPISC. CARDINALIS. PORTVEN. FECIT. M. D. LXIIII

50.

S. Mariae de Pace.

Sepulcrum cum protome.

D. O. M.
ANGELO CAESIO
PETRI ITERVM SENATORIS VRBIS FILIO
ADVOCATO CONSISTORII PRIMARIO
PAVLI ET FEDERICI CARDINALIVM PATRI
FEDERICVS FILIVS CARD. POSVIT
VIXIT ANNOS LXVI MENSES IIII DIES I
OBIIT ANNO SAL. MDXXVIII DIE VI FEBRVARII

51.

Ibidem.

Cum protome.

D. O. M.
FRANCISCINAE CARDVLAE
ANGELI CAESII VXORI. CATAMELATAE
VENETORVM EXERCITVS IMPERATORIS NEPTI
CARDINALIVM MATRI
FEDERICVS FILIVS CARD. POSVIT
VIXIT ANNOS LVII. MENSES II DIES XI
OBIIT AN. SAL. MDXVIII DIE XV APRILIS

In

52.

In baſilica Liberiana.

In ſacello gentis Caeſiae.

FEDERICVS S. R. E.
CARD. CAESIVS

53.

Ibidem.

In pariete.

D. O. M.
FEDERICO CAESIO S. R. E. EPISC. CARD. PORTVEN.
QVI HOC SACELLVM ET ALTERVM IN AEDE
BEATAE MARIAE PACIS AC TEMPLVM DIVAE
CATHERINAE VIRGINVM MISERABILIVM
FVNDAVIT ET DOTAVIT
ANGELVS CAESIVS PATRVO OPTIMO POSVIT
VIXIT ANN. LXIIII, MENS. SEX. DIEB. XXVII.
OBIIT. V. KAL. FEBR. ANN. SAL. M.D.LXV.

54.

S. Catharinae Funariorum.

In ſacrario.

EX TESTAMENTO BONE MEMORIE FEDERICI CARDINALIS DE CESIS
DIE XXVI. IANVARII M.D.LXV. ROME CONDITO
RELIQVIT ECCLESIE SANCTE CATERINE DELLA ROSA DE VRBE NOVITER AB EODEM CARDINALE ERECTE ET FABRICATE DE PROPRIIS PECVNIIS

IP-

Digitized by Google

IPSIVS CRVCEM CANDELABRA PACEM AMPOLLETTAS ET PATERAM ARGENTEAS IPSIVS ET CALICEM ET PATENAM ET PLVVIALE ALBVM QVO IPSE

VTITVR IN CAPELLA S. D. N. CON IL SVO BOTONE DI PERLE VLTRA TRIA PALLIA BROCCATI ET TRES STOLLAS (ſic) EIDEM ECCLESIE DONATA AD EFFECTVM

VT OMNIA PREDICTA PERPETVO REMANEANT PRO ORNAMENTO ALTARIS MAIORIS IPSIVS ECCLESIE ET NVLLO VNQVAM TEMPORE ALIENARI AVT

VENDI POSSENT ITEM RELIQVIT EIDEM ECCLESIE PRO DOTE ALTARIS MAIORIS IPSIVS LOCA QVADRAGINTA MONTIS DELLA FARINA DE VRBE AD

EFFEETVM (ſic) VT PERPETVIS FVTVRIS TEMPORIBVS ADSINT IN EADEM ECCLESIA DVO CAPPELLANI ET EX REDDITIBVS IPSIVS MONTIS

SOLVANTVR EISDEM SALARIA QVI CAPPELLANI SINT AD NVTVM AMMOVIBILES DEPVTATORVM ET CONFRATRVM SOCIETATIS EIVSDEM

ECCLESIE ET RESIDVVM PROVENTVVM DICTI MONTIS EXPENDANTVR PRO CERA OLEO CANDELIS ET ALIIS NECESSARIIS PRO DIVINIS OFFICIIS

CELEBRANDIS IN DICTO ALTARI ITA ET TALITER QVOD PERPETVO DIE AC NOCTV ADSINT AD MINVS DVO LAMPADA ACCENSA

ANTE DICTVM ALTARE ET PRO REPARATIONE ET REVISIONE TECTORVM DICTE ECCLESIE QVOLIBET ANNO FIENDA ITA QVOD

OMNES PROVENTVS DICTI MONTIS EXPENDANTVR IN SOLVTIONE MERCEDIS DICTORVM CAPPELLANORVM ET SERVITIO ALTARIS

ET REPARATIONE ECCLESIE ET QVOLIBET ANNO IN DIE QVA CREANTVR OFFICIALES DEBBEAT (ſic) DARI FIDELITER COMPVTVM

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO PROTECTORI DICTE SOCIETATIS OMNIVM INTROI-
TVVM ET EXPENSARVM NEC VLLO VNQVAM TEMPORE DICTA

LOCA MONTIS POSSINT ALIQVO MODO ALIENARI SED PERPEIVO
REMANEANT PRO DOTE DICTE ECCLESIE ET ALTARIS

AC CVM CONDICTIONE (ſic) ET ONERE QVOD QVOLIBET ANNO
IN DICTA ECCLESIA DEBEANT CELEBRARI DVO ANNIVERSARIA

VNVM INFRA OCTAVAM COMMEMORATIONIS DEFVNCTORVM ET
ALIVD INFRA OCTAVAM BEATE CATERINE PRO

ANIMA IPSIVS CARDINALIS ET EORVM PREDECESSORVM ET HERE-
DVM ET SVCCESSORVM IN PERPETVVM

55.

S. Jacobi Incurabilium.

In pariete.

D. O. M.

D. BARTOLOMEVS . DE LA CVEVA P. CARDINALIS . TIT. SANCTAE.
CRVCIS

IN . HIERVSALEM . ARCHIOSPITALI . SANCTI . IACOBI . QVOD . IN.
EIVS

TVTELA . VIVI . ADHVC . ERAT . ANNVOS . AVREOS . LXXX . TESTA-
MENTO

LEGAVIT . EANDEMQ. SVMMAM . A . MENSA . MONTIS . FIDEI . NVME-
RARI . EI

VOLVIT . ITA TAMEN . VT . IN . ARA . HVIVS . TEMPLI . SACRVM . BIS.
QVOTIDIE

IN . DIES . SINGVLOS . FIAT . QVO . IN . SACRO . PRECATIONES . PRO.
EO . ET . EIVS

AGNATIS . GENTILIBVSQ. QVI, MORTVI . ERVNT . DEO . IMMORTALI
ADHI-

Digitized by Google

ADHIBEANTVR. HOC. AMPLIVS. VT. DIEBVS. DOMINICIS. FESTISQ.
EORVM. DIERVM. SOLENNIA. RITVSQ. SERVENTVR. QVAM. EIVS
VOLVNTATEM. RANVTIVS. FARNESIVS. CARD. S. ANGELI
CAETERIQ. CVRATORES. TESTAMENTI. IN. MARMOREA. TABVLA. INCIDI
NOTARIQ. FECERVNT. ANNO. A. DIE. NATALI. CHRISTI M. D. LXIII

56.

S. Johannis in Laterano.

Ad marmoreum monumentum.

RANVTIO FARNESIO
PAVLI III. PONT. MAX.
NEPOTI
EPISCOPO CARDINALI
SABINENSI
MAIORI POENITENTIARIO
HVIVS ECCLESIAE
ARCHIPRESBYTERO

57.

S. Auguſtini.

In pariete, cum protome.

D. O. M.
HIERONYMO VERALLO ROMANO
A PAVLO III.
ROMANA PVRPVRA DONATO
QVEM LOCVM ET MERVIT

Digitized by Google

AD CAROLVM V. IMPERATOREM
IN GERMANIA NVNCIVS
DECRETO IN TVRCAS BELLO
AC RELIGIONE STRENVE
PROCVRATA
ET SVSTINVIT AD HENRICVM . II.
GALL. REGEM LEGATVS
PARMENSI BELLO FELICITER
COMPOSITO
ET AMPLIFICAVIT VRBANI . VII.
SOBRINO ALVMNOQ SVO
AD CHRISTIANAE REIP. REGIMEN
DOMESTICA INSTITVTIONE
PERFECTO
OBIIT AN. DOM. M.D.LV
AETATIS SVAE (ſic)

58.

S. Mariae ſupra Minervam.

In pariete.

D. O. M.
BERNARDINO . HIERONIMI . F.
MAFFAEO . S. R. E. PRESB. CARD.
TT. S. KYRIACI . IN . THERMIS
V. ANN. XXXIX. M. V. D. X.
OBIIT XVII. KAL. AVGVSTI
M. D. LIII

S. Cle-

59.

S. Clementis.

Humi.

D. O. M.
IO. ANTONIO. CAPISVCCO
T. T. SANCTI CLEMENTIS
PRESBYTERO CARDINALI
EPO LAVDEN. A PIO QVITO
SVBSIGNANDIS GRATIÆ
RESCRIPTIS PRÆPOSITO
VIRO INTEGERRIMO
PIETATIS RELIGIONISQ
CHRISTIANÆ CVLTORI
PRÆCIPVO
HIERONYMVS CAPISVCCVS
PATRVO BENEM. POSVIT
VIXIT AN. LIII. M. III. D. VIII
OBIIT IIII. CALEN. FEBR.
MDLXIX

60.

In baſilica Liberiana.

In pariete.

D. O. M.
PROSPERO SANCTACRVCIO
S. R. E. CARD. EPISC. ALBANEN.
QVI OB EXIMIAS ANIMI INGENIIQ. VIRTVTES
POST PRIMARIA PALATINA OFFICIA
ET ECCLESIASTICAS DIGNITATES
A PIO IV. P. M. CARD. CREATVS
LEGATIONIB. GERMANICA LVSITANICA

HI-

Digitized by Google

HISPANICA ET GALLICA BIS FLAGRANTE
INTESTINO BELLO PROVINCIA EGREGIA CVM
LAVDE FVNCTVS MAXIMISQ. TOTO VITAE
CVRSV PRO REP. SVSCEPTIS LABORIBVS
OBIIT AET. AN. LXXVI. SAL. M. D. LXXXIX

MARCELLVS
SANCTACRVCIVS
VALERII F. EX FRATRE NEP.
POSVIT

61.

S. Mariae in Publicolis.

In pariete, cum imagine depicta.

D. O. M.
PROSPER PVBLICOLA DE S. CRVCE
S. R. E. CARDINALIS
TARQVINII FILIVS
ET CASTRI S. GREGORII DOMINVS
XVI. AN. NATVS INGENIO IAM MAXIMVS
AD CLEMENTEM VII. ET CAROLVM V.
BONONIÆ EGREGIE PERORAVIT
ROM. ROTÆ AVDITOR ET EPVS KYSAMEN.
SVB PAVLO ET IVLIO III.
AD GERMANOS HISPANOS LVSITANOS
BIS AD GALLOS APLICVS NVNCIVS
EXTIRPANDIS HÆRESIBVS
SACRO COGENDO TRIDENT. CONCILIO
MAGNA APVD PRINPES OPERA IMPENSA
A PIO IV. PVRPVRA DECORATVS
ARELATENSI PRIVS
MOX IN VRBEM REGRESSVS
ALBANEN. PRÆFVIT ECCLESIÆ
E VITA DIGNVS IMMORTALI

MI-

Digitized by Google

MIGRAVIT AN. MDLXXXIX
ÆTATIS SVÆ LXXVI
APVD MAIORVM CINERES
HIC TVMVLATVS
SCIPIO PVBLICVLA DE SANCTA CRVCE ANTONY. F. SANGEMINI DVX
PRINCEPS OLIVETI GENTILI SVO
REST. ET POS. AN. DNI MDCCXXVII

62.

In baſilica Liberiana.

In pariete.

ALEXANDER SFORTIA
S. R. E. PRESBYTER CARD.
HVIVS BASILICÆ ARCHIPRESBYTER
SACELLVM A GVIDONE ASCANIO
FRATRE INCHOATVM
DE SVO PERFECIT
DIVISQ. FLORAE ET LVCILLAE
GENTIS SVAE PATRONIS
A SE DICATVM
BONIS AD SACRA FACIENDA
AVXIT ORNAVITQ.
ANNO MDLXXIII

63.

Ibidem.

Cum imagine depicta.

D. O. M.
ALEX. SFORTIA S. R. E. CARD. PAVLI III NEPOS
BONON. ET FLAMIN. SVB PIO V. ET GREG. XIII. LEG.
SIGN. IVST. PRÆF. HVIVSQ. BASILICÆ ARCHIPR.
SIBI MORTIS MEMOR POSVIT AN. AGENS XLVII

S. Ma-

64.

S. Mariae ſupra Minervam.

In pariete.

D. O. M.
MARCO . ANTONIO . HIERONIMI . F.
MAFFAEO . S. R. E. PRESB. CARD.
TT. S. CALLISTI . V. ANN. LXI
M. XI. D. XXII. OBIIT XI
KAL. DECEMB.
MDLXXXIII.

65.

In templo Vallicelliano.

In pariete.

CAESII FRATRES
PETRVS DONATVS S. R. E. PRESB. CARD.
TEMPLI APSIDEM FVNDAVIT AEDES MVLTAS COEMIT
SACERDOTVM HABITATIONEM AMPLIAVIT
ANGELVS EP. TVDERT. SACELLVM EXTRVXIT AC DOTAVIT
ANTERIOREM TEMPLI PARTEM FVNDAVIT ORNAVIT
PERFECIT

66.

Ibidem.

In pariete.

D. O. M.
PETRO . DONATO . CAESIO
S. R. E. CARDINALI
A . PIO . V. PONT. MAX.

AD

Digitized by Google

AD . COMMOVENDOS . PRINCIPES
ET . RESPVBL. ITALIÆ
IN . HAERETICOS . MISSO
DEMVM . CARD . CREATO . ET
AD . CONSILIVM . GRAVISS. RERVM
PRAECIPVEQ. SACRI . FOEDERIS
ADHIBITO
A . GREGORIO . XIII . BONONIAE . LEGATO
HARVM . AEDIVM . AMPLIATORI
TEMPLIQ. APSIDIS . FVNDATORI
VIXIT . ANN. LXIV. MEN. IV. DIES . XVII
OBIIT . III. KAL. OCT. CIƆIƆ . LXXXVI
FEDERICVS . CAESIVS . HERES
PATRVO . OPT. POS.

67.

S. Mariae de Aracoeli.

Humi.

CONSTANTIAE COMITI
FEMINE PRIMARIAE
CVIVS PRVDENTIAM
PVDICITIAM ET PIETATĒ
SANCTA ET DIVTVRNA
VIDVITAS COMPROBAVIT
ANT. MARIA SALVIATVS
EPVS LAVRENTII . FF
MATRI CARISS. F.
MDLXVI

Digitized by Google

68.

S. Jacobi Incurabilium.

In fronte profanatae eccleſiae.

ANTONIVS MARIA SALVIATVS EP. S. PAPVLI ANNO DOMINI MDLXXXII

69.

Ibidem.

Supra xenodochii portam, quae Tyberim reſpicit.

ANT. MARIA SALVIATVS EP. INCHOAVIT IDEMQ. CARD. PERFECIT M.D.LXXXIV

70.

Ibidem.

In atrio Hoſpitalis.

ANT. MARIA CARD
SALVIATVS
FVND. A. M.DXC

71.

Ibidem.

In templi fornice.

ANTONIVS MARIA SALVIATVS
S. R. E. PRESBYTER CARDINALIS
ANNO MDXCV

72.

S. Rochi.

In pariete.

IN . HAC . SACRA . ÆDE . S. ROCCHI . AD . ALTARE . MAIVS
APTIORI . LOCO . QVAM . ANTEA . SVBSCRIPTÆ
RELIQVIÆ . ASSERVANTVR

EX . LIGNO . S. CRVCIS . DNI . NRI . IESV . XPI . EX . LACTE
BEATÆ . VIRG. MARIÆ . EX . CAPILLIS . EIVSDEM . BEATÆ
VIRG. MARIÆ . EX . OLEO . MANANTE . EX . SEPVLCHRO
S. CATHER. VIRG. ET . MART. RELIQVIAE . S. MARIAE
MAGD. S. DIONISII . MART. S. GEORGII . ET . BEATI . CASSII
SS. DECEM . MILL. MART. ET . S. PAVLI . PAPÆ . ET . MART

S. PE.

S. PETRI . MART. ET . AGAPITI . PAPÆ . ET . MART.
S. BARBARÆ . VIRG. ET . MART. S. ADOLI . EPI . SAVONE
S. CATHERINAE . SENEN . S. CARDVAE . MART.
S. MARGARITAE . VIRG. ET . MART. ET . S. BASSANI
EPI . LAVDEN . S. BERNARDINI . CONFESS. ET . DE
LIGNO . CRVCIS . BONI . LATRONIS . S. ANTONII
ABB. S. STEPHANI . PROTOMART . SS. VNDECIM . MILL
VIRG. ET . MART . S . APOLLONIÆ . VIRG. ET . MART.
S. LAVRENTII . MART. S. ROMANI . MART. S. ANDREAE
APLI . ET . DE . CRVCE . IPSIVS . ET . QVAMPLVRIMAE
ALIAE . VT . VIDERE . LICET
HIS . NVPER . ACCESSIT . INSIGNIS . RELIQVIA . EX
BRACHIO . S. ROCCHI . EX . ECCLESIA . S. SEBASTIANI
EXTRA . MOENIA . EXTRACTA . GRA . CLEMENTIS PP. VIII.
ILLMO. PROTECTORE . PETETE . ET . AB . ECCL. S. M. SVP. MINERVA
MAGNA . POPA . S. P. Q. R. BALDACHINV . FERETE . AC . MAX.
POPVLORỸ . COCVRSV . COMITATE . NEC . NO . RELIGIOSOR
PROCESSIONE . SOLENITER . AD . PRÆFATA . ECCL. S. ROCCHI
TRANSLATA . PLVRIBVS . ILLMIS DD. CARD. OBVIANTIBVS
AC . DEVOTISS . RECIPIEN. A . D . M . D . XCVII . MEN. OCTOB
DIE . XXVIII. FESTO . SS. SIMONIS . ET . IVDAE
ILLMO. ET . RMO . D. ANT. MARIA . CAR. SALVIATO . PROTECTORE
R. D. COM. IO. BAPT. BILIO . VTR. SIGN. REF. PRIMICERIO
ADMOD. ILL . D. ROBERTVS . DE . ROBERTIS
ET . IACOBVS . RAVELLIVS . CVSTODES
VT . PERPETVA . RELIQVIARỸ . MEMORIA . POSTERIS . CONSERVETVR
MONVMENTVM . HOC . SVA . IMPENSA . F. CC.
M . D . XCVIII
ALEXANDRO . MARTINENGO
ET . DOMINICO . FARINA . PROVIDITORIBVS

ODOARDVS . VECCHIARELLIVS
CAMERAE . APOST. CLERICVS
SACRARIVM . EREXIT . ORNAVIT
AN. IVBILEI . MDCL

Digitized by Google

73.

Ibidem.

Ad hoſpitalis ingreſſum .

ANT. MARIA . CARD. SALVIATVS
AD AEDIFICIVM HOCCE A FVNDAMENTIS
EXTRVENDVM
AEGROTANTIVMQVE MVLIERVM
CVRATIONEM
AMPLOS REDITVS ANNVOS
VIVENS ADTRIBVIT

74.

S. Gregorii in Monte Coelio.

In ſacello Deiparae .

ANTONIVS MARIA CARD. SALVIATVS
B. VIRGINIS IMAGINEM ANTE ANN MILLE
IN PATERNIS ÆDIBVS B. GREGORIV ALLOCVTAM
SACELLO EXORNAVIT ANNO M.D.C.

75.

In Monte Coeliò:

In villa alumnorum S. Mariae in Aquiro .

ANTONIVS MARIA CARD. SALVIATVS ROMANVS
COLLEGII SALVIATI FVNDATOR
ALVMNORVM VSVI ET OBLECTATIONI

S. Ia-

Digitized by Google

76.

S. Jacobi Incurabilium.

In pariete.

ANTONIVS MARIA
CARD. SALVIATVS
TEMPLVM DEO
DOMVM AEGROTIS
AEDIFICAVIT

77.

Ibidem.

Humi, aeneis litteris.

I. C. R.
ANTONIVS MARIA SALVIATVS
S. R. E. CARD.
ÆDIBVS ADIACENTIBVS IN AEGROTOR
CVRAM EXTRVCTIS
IN HOC QVOD A FVNDAMENTIS EREXIT
TEMPLO
SEPVLCRVM SIBI DELEGIT
VIXIT AN. LXV. MENS. II. DIES . XXVII
OBIIT XV. KAL. APR. MDCII.
LAVRENTIVS SALVIATVS IACOBI FILIVS
MARCHIO IVLIANI EX TESTAMENTO
HERES
PATRIS PATRVELI P. C. AN. MDCIV.

78.

S. Bernardi ad Thermas.

In pariete.

D. O. M.
CATHERINA NOBILIA SFORTIÆ SFORTIÆ
SANCTÆ FLORÆ COMITIS VXOR FRANC

SFOR-

Digitized by Google

SFORTIÆ CARDINALIS ET CONSTANTIÆ
SORÆ DVCISSÆ MATER. ÆDEM DEO
IN HONOREM BEATI BERNARDI DICAVIT
ANNO IVBILÆI MDC

79.

S. Pudentianae.

In pariete.

HENRICVS CAETANVS
TT. S. PVDENTIANAE
PRESBYTER CARDINALIS
S. R. E. CAMERARIVS
ECCLESIAM VETVSTATE
COLLABENTEM RESTITVIT
ET EXORNAVIT
MDLXXXVIII

80.

Ibidem.

Supra fores.

HENRICVS CAETANVS
S. R. E.
CARDINALIS CAMERARIVS
MDLXXXVIII

81.

Ibidem.

Ad nobile ſepulcrum cum ſimulacro.

HENRICVS CAETANVS
TITVLI S. PVDENTIANAE PRAESBYTER CARD. S. R. E. CAMERARIVS
LEGATVS APOSTOLICVS
PRIMVM BONONIÆ SECVNDO IN GALLIA IN OBSIDIONE PARISIENSI
TER-

Digitized by Google

TERTIVM IN POLONIA CONTRA TVRCAS
SANCTAE HVIVS ECCLESIAE ET SACELLI A FVNDAMENTIS INSTAV
RATOR
HIC REQVIESCIT
VIR PIETATE CANDORE
MAGNITVDINE ET FORTITVDINE ANIMI MEMORABILIS
ECCLESIAE INSERVIVIT SVMMA DOMI FORISQ. AVCTORITATE
ET APVD OMNES ORDINES GRATIA
OBIIT ANNVM AGENS L. A. D. MD. IC. IDIBVS DECEMBRIS

82.

S. Mariae de Aracoeli.

Humi.

D. O. M.
HIC IACET HIERONYMVS TIT. S.
PANCRATII S. R. E. PRESB. CAR.
MATTHÆIVS
VIXIT ANN. LVI. MENS. IX. DIES XIX
OBIIT VIII DEC. MDCIII
CYRIACVS ET ASDRVBAL
FRATRI BENEMERENTI
POSVERVNT

83.

S. Alexii in Aventino.

Humi.

D. O. M.
OCTAVIO PARAVICINIO S. R. E. PRESB. CARD
SPECTATAE PROBITATIS ET
PRVDENTIAE VIRO
LEGATIONE APVD HELVETIOS

GER-

GERMANIAE PATROCINIO
ALIISQ. PRAECLARIS MVNERIBVS
EGREGIE FVNCTO

ERASMVS ALEXAND. EPISCOPVS
ET FRATRES
PATRVO B. M. PP.
OBIIT III NON FEBR.
ANNO SALVTIS MDCXI
AETATIS SVAE LIX

84.

S. Joſephi in regione Montium.

Humi.

D. O. M.
FAVSTINA ROMANA PARAVICINÆ GENTIS POSTREMA
CARDINALIS PARAVICINI PRONEPTIS
LECTISSIMA FOEMINA ET VXOR LVDOVICI CASALII
VIRTVTIBVS ATQVE PROLE IVSXTA (ſic) FOECVNDA
HIC SE CONDI EX TESTAMENTO MANDAVIT
QVIN ETIAM PRO SINGVLARI PIETATE
NVLLO NON TEMPORE SINGVLIS
HEBDOMADIS SACRA FIERI
VIXIT AN. LI. OBIIT DIE III. MARTII MDCLXXXI-
EIVS FILII NATV MAIORES ALEXANDER CASALIVS
ADVOCATVS CONCISTORIALIS
ET SACROSANCTÆ BASILICÆ VATICANÆ
CANONICVS
IOANNES BAPTISTA CASALIVS E ANTONIVS CASALIVS
EQVES HIEROSOLIMITANVS CVM SVO TVM CÆTERORVM
FRATRVM NOMINE OBSEQVII ERGO ET AMORIS
QVALECVMQVE HOC MONIMENTVM
TANTAE MATRI
MAESTI
PP.

In

85.

In templo Farneſiano.

Supra ſacrarii portam.

ODOARDVS
CARD. FARNESIVS

86.

In domo profeſſa Soc. Jeſu.

In angulo, qui Capitolium reſpicit.

SVPREMO
IMPOSITO LAPIDE
ODOARDVS
FARNESIVS CARD,
EPISC SABIN

87.

S. Michaelis in Palatiolo.

In atrii pariete.

ODOARDVS . SANCTI : EVSTACHII
DIACONVS CARDINALIS
FARNESIVS AD AVGENDVM
IN HAC ECCLESIA DIVINVM
CVLTVM . AVCTORITATE
APOSTOLICA . VICARIVM
PERPETVVM AC BENEFICIATOS
PRIMVM . INSTITVEN . CVRAVIT
SEDENTE . CLEMENTE . VIII
PON. MAX. ANNO EIVS SEXTO
XII. KALEN IVNII
M. D. XCVII

Digitized by Google

88.

S. Caeciliae.

Sepulcrum cum protome.

DEO · TRINO . VNI
PAVLO SFONDRATO . CARD . EPISC . ALBAN.
GREG. XIV. FR. FIL. BONONIEN. LEGATO
SIGNATVRÆ . GRATIÆ . PRÆFECTO
CREMONEN . PRÆSVLI . PIETATE . IN . DEVM
DIVOSQVE . ANIMARVM . STVDIO
CHARITATE . IN . PAVPERES
PLANE . MEMORANDO
QVOD . SANCTÆ . CECILIÆ . CORPVS
INSIGNI . SEPVLCHRO . LVMINIBVS . AD
CENTVM . PERPETVO . COLLVCENTIBVS
TERRESTRI . PROPE . COELO . DECORAVIT
TEMPLVM . EXORNATVM
SACERDOTIBVS . MINISTRIS . PRETIOSIS
VASIS . ET . RELIQVIIS . AVCTVM
HÆREDEM . EX
ASSE . RELIQVIT
QVODQVE . OMNEM . EIVSMODI . RERVM
MEMORIAM . VIVENS . REPVLIT
DEMORTVO . ANNO . ÆTATIS . LVII. SAL.
MDCXVIII
ODOARDVS . CARD. FARNESIVS . ET
AVGVSTVS . PACCINELLVS . SENEN.
TESTAMENTARII . EXECVTORES
P P.

89.

In templo Farneſiano.

Ad ſepulcrum.

ODOARDO S. R. E. CARD.
FARNESIO
EPISCOPO TVSCVLANO

ALE-

ALEXANDRI PARMAE AC PLACENTIAE
DVCIS
ET PRINCIPIS MARIAE LVSITANAE
FILIO

90.

S. Mariae Majoris.

Ad ſepulcrum cum imagine.

D. O. M.

FRANCISCO . TOLETO . CORDVBENSI . S. R. E. PRESB. CARD.
SVMMO . THEOLOGO . VERBI . DEI . PRAEDICATORI . EXIMIO
IN . REBVS . MAGNIS . AGENDIS . CONSILIO . ET . PRVDENTIA . SINGVLARI
QVI . OB . EXCELLENTEM . VIRTVTEM . ET . MERITA . PRAECLARO . CLEMENTIS . VIII.
PONT. MAX. IVDICIO . PRIMVS . IN . SOCIETATEM . IESV . AMPLISSIMAM . DIGNITATEM . INTVLIT
VIXIT . ANNOS . LXIII. MENSES . XI. DIES . X.
OBIIT . ANNO . M. D. XCVI. DIE . XIV. SEPTEMBRIS
S. DEI . GENETRICE . HAEREDE . INSTITVTA . PRESBYTERIS . QVI . AD . EIVS . ALTARE
MISSAS . CELEBRENT . CENSVM . PERPETVO . ATTRIBVI . IVSSIT
BENEDICTVS . IVSTINIANVS . ET . PETRVS . ALDOBRANDINVS . CARDD.
EXECVTORES . TESTAMENTARII . COLLEGAE . OPTIMO . ET
CAPITVLVM . ET . CANONICI . HVIVS . BASILICAE . VIRO . AMPLISSIMO
ET . OPTIME . DE . SE . MERITO . POSVERVNT

Digitized by Google

91.

S. Pauli ad tres fontes.

In eccleſiae fronte.

PETRVS DIAC. CAR. ALDOBRANDINVS S. R. E. CAMER.

92.

Ibidem.

Supra exteriorem januam.

S. PAVLI APOSTOLI
MARTIRII LOCVS
VBI TRES FONTES
MIRABILITER ERVPERVNT
A. D. M. DIC

93.

Ibidem.

Supra interiorem januam.

PETRVS DIAC. CARD. ALDOBRANDINVS
S. R. E. CAMER
LOCVM S. PAVLI APOSTOLI MARTYRIO
ET TRIVM FONTIVM QVI EX TRINO PRAECISI
CAPITIS SALTV EMERSERVNT MIRACVLO INSIGNEM
VETVSTATE DEFORMATVM AEDE EXTRVCTA
MAGNIFICENTIVS RESTITVIT ET ORNAVIT
AN. SAL. M. D. IC
CLEMENTIS PP. VIII. PATRVI SVI PONT
ANNO VIII

94.

Ibidem.

In medio pavimenti circa ſtemma.

PETRVS DIAC. CARD. ALDOBRANDINVS
S. R. E. CAMER. A. D. M. DIC.

Digitized by Google

95.

S. Mariae de Aracoeli.

In pariete.

PETRO CARDINALI ALDOBRANDINO S. R. E. CAMERARIO CIVI DOMI FORISQ. CLARISS. QVOD CLEMENTIS VIII. PONT. MAX. SAPIENTIA EIVS

LEGATIONVM DVCTV ATQ. INDVSTRIA BIS DISCESSVM AB ARMIS DVCATV FERRARIEN. IN POTESTATE S. R. E. RECEPTO ET PACE INTER

SVMMOS PRINCIPES CONSTITVTA PVBLICÆ SECVRITATIS ET

INCOMPARABILIS VIRTVTIS MONVMENTVM POSVIT

S. P. Q. R.

M. D.C. II.

96.

S. Mariae ſupra Minervam.

Sepulcrum cum ſtatua jacente.

MICHAELI . BONELLO . ORDINIS . PRAEDICATORVM

S. R. E. CARD. ALEXANDRINO . EPISCOPO . ALBANENSI

PII . V. EX . EODEM . ORDINE . SANCTISSIMI . PONT. SORORIS NEPOTI

AB . EOQ. AD . GRAVISSIMA . SEDIS . AP. NEGOTIA . MODERANDA . ADHIBITO

LEGATO . SACRI . FOEDERIS . ICIENDI . CAVSA . AD . REGES

IN . GALLIAM . HISPANIAM . LVSITANIAM

CVNCTIS . A . SE . PRO . REP. SVSCEPTIS . STRENVE . AC . FELICITER . PERFVNCTO

RELIGIONIS . PRVDENTIAE . INTEGRITATIS

EXIMIAEQ. VIRTVTIS . LAVDE . PRAESTANTISSIMO

VIXIT . ANNOS . LVI. MENSES . IV. DIES . VI. OBIIT . IV. KAL. APR. CIϽ IϽXCVIII.

QVOD

QVOD . ILLI . MONVMENTVM . OB . IOANNEM . ALDOBRANDI-
NVM . FRATREM
IN . SACRVM . COLLEGIVM . A . PIO . COOPTATVM
ALIAQ. EIVS . AVVNCVLI . IN . SE . FAMILIAMQ. SVAM . MERITA
CLEMENS . VIII. PONT. MAX. INSTITVERAT
PETRVS . CARD. ALDOBRANDINVS . S. R. E. CAMERARIVS
GRATAM . PATRVI . VOLVNTATEM . SECVTVS
COLLEGAE . OPT. POS. AN. CIↃIↃCXI

97.
S. Mariae Tranſtyberim.
In pariete.

PETRO CARD. ALDOBRANDINO S. R. E. CAMER.
CLEMENTIS VIII. PONT. MAX. FRATRIS F.
QVI SVA ERGA MARIAM GENITRICEM PIETATE
BASILICAE HVIVS PARIETES VETVSTATE COLLABENTES
RESTITVIT
TECTVM ALTIVS SVSTVLIT
LAQVEARI COELATO AVRATO EXORNAVIT
CAPITVLVM ET CANONICI
OPTIMO PATRONO B. M. F. C.
ANNO CHR. MDCXX.

98.
S. Spiritus in Saxia.
Humi.

D. O. M.
FR. AVGVSTINO . MOLARIO . FIVIZANENSI
ORDINIS . SANCTI . AVGVSTINI . THEOLOGO
GREGORII . XIII. ET . CLEMENTIS . IIX
CONFESSORI
APOSTOLICAE . CAPPELLAE . SACRISTAE

SVI

Digitized by Google

SVI . ORDINIS . TERTIVM . VICARIO
GENERALI
ET . CAPIT. GENER. BIS . PRAESIDENTI
HVIVS . HOSPITALIS . PRAECEPTORI
VIRO . PIO . HVMILI . OMNIBVS . CARO
ET . OB . CHRISTI . PAVPERES
SEMPER . EGENO
VIXIT . ANNOS . LXIIX. MENSES . III. DIES . XVII
OBIIT . III. KAL. FEBR.
ANNO . M. DXCV
SILVIVS . S. R. E. PRESB. CARD. SABELLVS
PATRIARCHA . CONSTANTINOPOLITANVS
ET
LVDOVICVS . DE . TORRES
ARCHIEPISCOPVS . MONTIS . REGALIS
AMICO . OPTIMO
P. P.

99.

S. Mariae de Aracoeli.

In pariete.

D. O. M.
SILVIO S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO
EX CLARISS. SABELLORVM GENTE
CAMILLI ARICCIAE DOMINI F.
MONVMENTVM
IVXTA GENTILIVM SVOR. SACELLVM
VBI IDEM PIA ELEEMOSYNA
EX TESTAMENTO ATTRIBVTA
ANIMAM DIVINIS SACRIFICIIS
PERPETVO EXPIANDAM RELIQVIT
FABRICIVS SABELLVS FRATER P. C.
VIXIT ANNOS XLVIIII. MEN. VI.
OBIIT DIE XXI. IANVARII
MDXCIX.
SILVI PERPETVVM TIBI SIT SVPER AETHERA SALVE;
PVRPVRA MITRA SOLO SINT DIADEMA POLO.

Digitized by Google

100.

S. Mariae de Conſolatione.

In pariete, ad ſepulcrum.

D. O. M.
VICTORIA ARIGONIA
ANTONII BERNARDINI SACCHII VXOR
SODALITATI MILLE AVREOS LEGAVIT
VT QVALIBET DIE SACRVM FIAT
AC SINGVLIS ANNIS DVO ANNIVERSARIA
CELEBRENTVR
ET POMPEIVS ARIGONIVS S. R. E. CARD. EIVS GERMANVS
RELIQVVM SIBI DELATAE HEREDITATIS DONAVIT
PRO ALTERO QVOTIDIANO MISSAE SACRIFICIO
SODALES S. MARIAE CONSOLATIONIS
MONVMENTVM POSS.

101.

In templo Vallicelliano.

Humi.

D O M
SILVIVS ANTONIANVS
PRESBYTER ROMANVS
SACELLVM ORNAVIT LOCVM
SEPVLTVRAE DELEGIT
AN D MDLXXX

102.

Ibidem.

SILVIVS ANTONIANVS
S. R. E. PRESB. CARD.
SACELLVM TRANSLATVM
DECENTIVS ORNAVIT
ANN. SAL. MDCI

S. Ma-

Digitized by Google

103.

S. Mariae in Via.

In pariete, cum imagine.

D. O. M.
INNOCENTIO . BVBALO . DE . CANCELLARIIS
ROMANAE . NOBILITATIS . ET . VIRTVTIS . VIRO
POST . VRBIVM . PRAETVRAS . AD . MELITENS . INSVLAM
A . CLEMENTE . VIII . CVM . EXTRAORD . POTESTATE . MISSO
MOX . AB . EO . PONTIFICE . EPISCOPO . CAMERTINO
DENIQ. PRO . EODEM . APVD . GALL. REGEM . NVNCIVM . AGENTI
S. R. E. CARDINALI . CREATO
QVAM . DIGNITATEM . DVM . ACERRIMO . IVDICIO
INCENSO . ECCLESIASTICÆ . AMPLITVDINIS . STVDIO
INTIMA . DOCTRINA . MORVM . SVAVITATE
SINGVLARI . VITAE . INNOCENTIA . SVSTINET
ROMAE . MORITVR . ANNO . DOM. MDCX.
IV. KAL. APRILIS . AETATIS . SVÆ . XLIIII
MVTIVS . FRATER . ET . HAERES . P.

104.

In templo Vallicelliano.

In pariete.

D. O. M.
HIERONYMO CARD. PAMPHILIO ROMANO
A GREGORIO XIII.
INTER AVDITORES ROM. ROTAE ADLECTO
ET EX EIVSDEM TRIBVNALIS DECANO
AC POENITENTIARIAE REGENTE

A CLEMENTE VIII. OLIM ROTAE COLLEGA
IN PVRPVRATORVM COLLEGIVM ADSCRIPTO
ET A PAVLO V. AD VICARII MVNVS QVOD IPSE
PROXIME GESSERAT ASSVMPTO
GRATVLANTE SIBI VIRTVTE CVI DABATVR
QVIDQVID CONFEREBATVR IN VIRVM
QVI INCORRVPTA INTEGRITATE
INTIMAQ LEGVM SCIENTIA
HONORES ET MERITVS PRÆVENERAT
ET PAR ADMINISTRABAT
OBIIT AN DOM. M. DC. X. AET. SVAE LXVI
IN SACELLO SANCTI PHILIPPI QVEM VIVVM
COLVERAT TVMVLATVS
IOANNES BAPTISTA PAMPHILIVS
AB VRBANO VIII. CARD. CREATVS
ET PAMPHILIVS FRATRIS FILII
MONVMENTVM POSVERE.

ſoſ.

S. Andreae de Valle.

Humi.

D. O. M.
PORTIA
E NOBILI PAMPHILIOR. GENERE
SPECTABILIS FEMINA
HIERONYMI S. R. E. CARDINALIS
VRBIS VICARII NEPTIS AC IOANNIS
BAPTISTAE CARDINALIS SOROR
NON MINVS PROPRIA QVAM MAIORVM
PIETATE CONSPICVA
CORPORI HOC SEPVLCHRVM
ANIMAE COELVM ELEGIT
OBIIT XIX DECEMBRIS
MDCXXXIX

Digitized by Google

106.

In monte Coelio.

In oratorii S. Andreae fronte.

ORATORIVM S. MARIAE VIRG. ET S. ANDREAE APOST
A S. GREGORIO ERECTVM ITERVM RESTITVTVM

107.

Ibidem.

Supra interiorem januam.

SCIPIO S. CHRYSOGONI PRESB. CARD. BVRGHESIVS
MONASTERII COMMENDATARIVS ORATORIVM
A S. GREGORIO EXTRVCTVM FVNDAMENTIS
RESTITVTIS SERVAVIT VARIISQ. ORNAMENTIS
ILLVSTRAVIT A M DC VIII.

108.

Ibidem.

Supra interiorem januam oratorii S. Silviae.

SCIPIO TIT. S. CHRYSOGONI S. R. E. PRESB. CARD. BVRGHESIVS
MONASTERII COMMENDATARIVS ORATORIVM S.
SYLVIÆ A CAESARE S. R. E. CARD. BARONIO EXTRVCTVM
LAQVEARI AC PICTVRIS ADDITIS ..... A. M. DC. IX.

109.

S. Sebaſtiani.

Supra januam lateralem.

PAVLO . V. PONT. OPT. MAX. ANN. MDCIX
IN . HONOREM
SANCTI . MARTYRIS
SEBASTIANI
SCIPIO . CARD.
BVRGHESIVS

110.

Ibidem.

In tholo.

S. MARTYRI SEBASTIANO
SCIPIO CARD. BVRGHESIVS
A. D. M. DC. IX

111.

Ibidem.

In porticùs fronte.

SCIPIO . CARD. BVRGHESIVS . S. R. E. MAIOR . POENITENTIARIVS
AN. DOM. MDCXII

112.

Ibidem.

Supra interiorem portam.

SCIPIO . CARDINALIS . BVRGHESIVS
MAIOR . POENITENTIARIVS
HVIVS . ECCLESIÆ . COMMENDATARIVS
PAVLI V. PONTIFICIS . MAXIMI
NEPOS
INCLYTI . MARTYRIS . ECCLESIAEQ. DEFENSORIS
BASILICAM . VETVSTATE . COLLABENTEM
RESTITVIT . AVXIT . ORNAVIT
ANNO . DOMINI . MDCXII.

113.

S. Chryſogoni.

In porticùs facie.

SCIPIO S. R. E. PRESBYTER CARDINALIS BVRGHESIVS PAVLI V. NEP.
M. POENITEN ANNO DOMI M. DC. XXVII

Ibidem

114.

Ibidem.

Supra interiorem januam.

AEDEM HANC DIVO GHRYSOGONO SACRAM
A GREGORIO III. AN. DOM. DCCXXXI. REPARATAM
A CARDINALI CREMENSI AN. MCXXV REFECTAM
POST QVINGENTOS ANNOS VETVSTATE
COLLABENTEM
SCIPIO CARDINALIS BVRGHESIVS
MAIOR POENITENTIARIVS
SVVM ET AVVNCVLI PAVLI V.
NONDVM AD PONTIFICATVM EVECTI
TITVLVM INSTAVRAVIT ORNAVITQVE
ANNO DOMINI MDCXXIII

115.

S. Mariae de Victoria.

In fronte eccleſiae.

SCIPIO S. R. E. CARD. BVRGHESIVS M. POENITEN. ANNO D. MDCXXVI

116.

S. Clarae.

Supra interiorem januam.

SACRAM . HANC . AEDEM
IN . HONOREM . SANCTAE . CLARAE . VIRGINIS
DEO . OPTIMO . MAXIMO
DICATAM
SCIPIO . CARD. BVRGHESIVS
INSTAVRAVIT . ANNO . MDCXXVIII
IACOBVS . ALTOVITA . PATRIARCHA . ANTIOCHENVS
DIE VII. NOVEMBRIS . AN. MDCLXXXIII
SOLEMNI . RITV . CONSECRAVIT
MONIALES

DE-

Digitized by Google

DECOREM . DOMVS . DOMINI . CVRANTES
IN . MELIOREM . FORMAM . RESTITVERVNT
ANNO . IVBILÆI . MDCCL.

117.

S. Gregorii in Monte Coelio.

In fronte eccleſiae.

S. EPISC. SABIN. CARD. BVRGHESIVS M POENITEN A D MDCXXXIII

118.

Ibidem.

Supra portam ad laevam.

D. O. M.
QVOD . MAGNVS . SCIPIO . MAGNI . GREGORII
VETERI . TEMPLO . NOVAM . FRONTEM . CVM PORTICV
PRAEFIXIT
EIDEM . SCIPIONI . CARD. BVRGHESIO
PATRVO . MAGNO . NON . MINORI
GREGORIANI . MONACHI . CAMALDVLENSES
MONVMENTVM . IMMORTALE
PP. A. D. MDCXXXIII
ET . VETERI . SACRA . TVRRE . HINC . EVERSA
NOVO . TEMPLO . NOVAM . HANC . PORTAM . APERVERE
ANNO . V. S. MDCCXLIIII.

119.

In archivio Vaticano.

Sub imagine depicta.

SCIPIO . CARDINALIS . BVRGHESIVS
S. R. E. BIBLIOTHECARIVS.

S. Ma-

Digitized by Google

120.

S. Mariae ſupra Minervam.

In pariete.

D. O. M.
FRANCISCO . CAFARELLO
ROMANO
HORTENSIAE . BVRGHESIAE
PAVLI . V. PONT. MAX.
SORORIS . VIRO
NOBILITATIS . IVXTA . AC
PROBITATIS . ANTIQVAE
QVI . CANDOREM . ANIMI
ETIAM . IN . SENILI . PRVDENTIA
ET . IN . OMNI . FORTVNA
MODERATIONEM . SVI
TENVIT
OFFICIA . IN . AMICOS
AVXIT
OBIIT . ANNO . DOMINI . MDCXV
IIII. IDVS . AVGVSTI
VIXIT . ANNOS . LXXIII
MENSES . II. DIES . XX
SCIPIO . CARD. BVRGHESIVS
PARENTI . POSVIT

121.

SS. Trinitatis in monte Pincio.

In pariete.

D. O. M.
HORTENSIAE . BVRGHESIAE . MATRONAE . LECTISS.
GENERIS . SPLENDORE . PVDICITIA
OMNIQVE . MVLIEBRI . LAVDE . CLARISSIMAE
SCIPIO . BVRGHESIVS . S. R. E. PRESBYTER . CARD.

PAVLI

Digitized by Google

PAVLI . V. PONTIFICIS . MAXIMI
SORORIS . FILIVS . MAIOR . POENITENTIARIVS
AC . BONONIAE . ARCHIEPISCOPVS
MATRI . PIENTISSIMAE . AC . BENEMERENTI . POSVIT
AETATIS . ANNORVM . XXXVII. OBIIT
DIE . XIII. IVNII MDXCVIII

122.

Ibidem.

In pariete .

VT . QVOTIDIANO . SACRIFICIO . IN . PERPETVVM
ANIMAE . HORTENSIAE . BVRGHESIAE
SVFFRAGENTVR . HVIVS . TEMPLI . SACERDOTES
SCIPIO . BVRGHESIVS . CARDINALIS
PIETATIS. IN . OPTIMAM . PARENTEM . MEMOR
ANNVO . ATTRIBVTO . REDDITV
OFFICIOSE . CVRAVIT
REI . MEMORIAM . PVBLICIS . TABVLIS
MICHAELANGELI . CAESI . NOTAR. CONSERVARI
ATQVE . HIC . EXTARE . VOLVIT

123.

S. Pancratii.

In pariete majoris arae .

Ad dexteram .

LVDOVICVS CARDINALIS
MONTIS REGALIS
RESTITVIT
ANN. MDCIX

Ad laevam .

RESTITVTAM CONGREGATIO
CARM. DISCALC.
ORNAVIT
ANNO MDCLXXIII

Ibidem

Digitized by Google

124.

Ibidem.

Humi.

LVDOVICI DE TORRES
ARCHIEPISCOPI
CARD. MONTIS REGALIS
BIBLIOTHECARII APOST.
VIXIT ANN. LVII.
MENS VII. DIES XXII.
OBIIT VII. IDVS IVLII
M.DC.IX.

125.

SS. Quatuor Coronatorum.

In pariete.

PASCHALIS . II. PONTIFEX . MAXIMVS
CVM TEMPLVM HOSTILI CORRVPTVM INCENDIO
RESTITVISSET
EADEM SANCTORVM CORPORA A BEATO LEONE INVENTA
ET PRIMVM SVB ALTARI CONDITA RENOVATO EODEM LOCO
ANNO DOMINI MCXI. PONTIFICATVS SVI XII
RELIGIOSE REPOSVIT
DEMVM IOANNES GARSIA MILLINVS
TITVLI HVIVS ECCLESIAE PRESBYTER CARDINALIS
PRO SVA IN SANCTOS MARTYRES PIETATE
ABSIDE ARAE MAXIMAE EXORNATA
EFFOSSAQVE ALTIVS HVMO
AC REPERTA IN QVATVOR CONCHIS
DVABVS PORPHYRETICIS VNA EX OPHITE ALTERA AENEA
EORVMDEM CORPORA SANCTORVM

POSTQVAM VENERABVNDO POPVLO
ALIQVOT DIES EXPOSVISSET
PROPITIVM SIBI ATQVE VRBI
PRECATVS BEATVM CHRISTI MANIPVLVM
QVEM AD ROMAE CVSTODIAM
EX COEMETERIIS IN VRBEM INVEXERAT SANCTVS LEO
SVB EADEM ARA HONORIFICENTIVS REPARATA ET COMMVNITA
SEPOSITO SANCTI SEBASTIANI CAPITE ALIBI COLLOCANDO
CONCLVSIT ANNO DOMINI MDCXXIV.
AC S. D. N. VRBANI VIII. PONTIFICATVS ANNO II.

126.

In baſilica Liberiana.

In porticu.

VRBANI PP. VIII. AVCTORITATE
IOANNES GARSIA CARD. MILLINVS
APERVIT ET CLAVSIT
ANNO IVBILÆI MDCXXV

127.

Ibidem.

Sepulcrum cum protome.

☧

LVDOVICO SAREGO VERONENSI ADRIAE EPISCOPO
NON GENERE MAGIS QVAM VIRTVTVM ET DOCTRINAE
LVCE CLARO
QVI ROMANA IN AVLA PRIMVM VTRIVSQVE SIGNATVRAE
REFERENDARIVS ET HVIVSCE BASILICAE VICARIVS
MOX EPISCOPATVM ADEPTVS DIV APVD HELVETIOS
NVNCIVS PONTIFICIVS
IN AVLAM DEMVM REVERSVS SIGNATVRAE IVSTITIAE
PROPRAEFECTVS FVIT

QVI-

QVIBVS MVNERIBVS EGREGIE FVNCTVS OMNIBVS
ETIAM ORDINIBVS OB SVAVES MORES TER AEQVE CARVS
OBIIT NONIS AVGVSTI MDCXXV. ANNVM AGENS LXVII
OCT. BANDINVS IO. GARZIA MILLINVS LAVR. MAGALOTTVS
S. R. E. CARDINALES VLPIANVS VLPIVS ARCHIEP. THEATINVS
TESTAMENTI EXECVTORES POS.

128.

S. Sebaſtiani.

In pariete.

D. O. M.

IN . HONOREM . CAPITIS . S. SEBASTIANI . MARTYRIS
QVOD . A . GREGORIO . IIII. IN . THECA . ARGENTEA . RECONDITVM
A . S. LEONE . IIII . IN . HAC . ECCLESIA . COLLOCATVM
A . IOANNE . GARSIA . CARD. MILLINO . HVIVS . ECCL. TITVLARI
INVENTVM
HOC . LOCO . HIER. CARD. VIDONVS . EIVSDEM . ECCLESIAE . TITVL
DECENTIVS . COLLOCAVIT . ANNO . MDCXXXII
SEDENTE . VRBANO . VIII. PONT. OPT. MAX. ANNO . EIVS . IX

129.

S. Mariae de Populo.

Sepulcrum cum protome.

D. O. M.

IOANNI . GARSIAE . MILLINO . S. R. E. CARDINALI . NATVRÆ
VIRTVTISQ. BONIS

EMINENTISSIMO

QVEM . ADOLESCENTEM . INGENII . COGNATIONISQVE . PRAERO-
GATIVA . CARISSIMVM . NONDVM . PONTIF.

VRBANVS . VII. QVASI . PRAECEPTOR . INSTITVIT . SIXTVS . V
SACRI . CONSISTORII . ADVOCATVM

GREGORIVS . XIV. ROMANAE . ROTAE . IVDICEM . LEGIT

Digitized by Google

CLEMENS . VIII. AVCTVM . CENSV . DIGNVMQVE . PVRPVRA . PROCLAMATVM . SIBI . FERRARIAM . PROFICISCENTI . COMITEM

ET . CARDINALI . CAIETANO . ADVERSVS . TVRCAS . AD . POLONIÆ . REGEM . LEGATO . ADIVTOREM . ADIVNXIT

PAVLVS . V. AD . PHILIPPVM . III. REGEM . HISPANIARVM . MISIT . NVNCIVM . ET . BENE . RE . GESTA . PRIMVM

PVRPVRATORVM . PATRVM . IN . SENATVM . ADSCIVIT

IDEM . PAVLVS . EIVSDEM . OPERA : AD . MATTHIAM . PANNONIAE . REGEM . ET . AD . RODVLPHVM . CAESAREM

LEGATI . MAGNO . CVM . REIP. CHRISTIANAE . BONO . BELLVM . INTER . DVOS . FRATRES . PLVSQVAM . CIVILE . COMPOSVIT

REDEVNTEM . E . GERMANIA . SVVM . IN . VRBE . VICARIVM . DIXIT . EVMQVE . FERE . PRINCIPEM . SACRI . PRINCIPATVS

ADMINISTRVM . AD . MAIORA . QVAEQVE . SEMPER . ADHIBVIT IN . LECTIONIS . PONTIFICIAE . CONCLAVI

NON . MINIMA . PARS . SACRI . SENATVS . ONERI . SVMMO . PAREM . EXISTIMAVIT

RELIQVI . SVMMI . PONTIFF. EVMDEM . PLVRIBVS . VNVM . PRAEFECERE . CONGREGATIONIBVS

MAGNISQVE . DE . REBVS . ETIAM . AEGROTANTEM . IN . LECTO . CENSVERE . CONSVLENDVM

DENIQVE . VICARIVM . IN . VRBE . CVSTODEM . PRO . OMNIVM . SALVTE . VIGILANTEM . QVADRIENNIVM . ANTE

PROVISA . PRVDENTER . ET . DESCRIPTO . ETIAM . SAPIENTER . DISPOSITA . MORS . HILAREM . ATQVE . TRANQVILLVM

AETERNITATIS . CANDIDATVM . IMMORTALITATE . DONAVIT

VIXIT . ANNOS . LXVI. MENSES . VII.

VRBANVS . ET . MARIVS . MILLINI . HAEREDES . PATRVO . IMMO, PARENTI . AMPLISSIMO . PP.

VALE.

Digitized by Google

VALE . LECTOR . ET . GRATVLARE

ALTERVM . EX . MILLINA . FAMILIA . VIRVM . HEROVM . SIMI-LEM . HVMANO . GENERI . DATVM

OBIIT . KAL. OCTOBRIS . MDCXXIX

130.

S. Mariae Liberatricis.

Supra interiorem januam.

MARIAE VIRGINI
COGNOMENTO
LIBERA NOS A POENIS INFERNI
CVI MICHAEL LANTES ROMANVS ANNIS ABHINC XXXIV
SACELLVM HIC IN AEDICVLA LOCO HVMILI PERANGVSTO
MIRACVLO TAMEN S. SILVESTRI PAPAE IN DRACONEM
ET S. FRANCISCAE ROM. PARIETINIS ILLVSTRI EXCITARAT
EIDEM HANC AEDEM
IN EDITIORE EXAEDIFICATAM AMPLIOREM
ORNATIOREMQVE
MARCELLVS FRATER S. R. E. CARDINALIS
A FVNDAMENTIS EXTRVXIT
ANNO SALVTIS MDCXVII

131.

S. Joſephi in regione Montium.

In pariete.

D. O. M.

MARCELLO EPO OSTIENSI S. R. E. CARD. LANTI
SACRI COLLEGII DECANO
INNOCENTIA MORVM AC PIA IN EGENOS BENEFICENTIA
CLARISSIMO
PROTECTORI OPTIMO ET LIBERALISSIMO
QVI TEMPLVM HOC A FVNDAMENTIS EREXIT

COE-

COENOBIVM MVNERIBVS AMPLISSIMIS AVXIT
MONIALES GRATI ANIMI MONVMENTVM
POSVERE
OBDORMIVIT OCTVAGENARIO MAIOR
XVII. KAL. MAII M.DC.LII.

132.
S. Agnetis extra muros.
In apſide ſupra laterales januas.

F. CARD. VERALLVS

133.
S. Coſtantiae.
In pariete.

FABRITIVS . S. R. E. CARD. VERALLVS
TEMPLVM . DIVÆ . CONSTANTIÆ . RVIN.IS
PROPINQVM . RESTAVRAVIT . ET . ORNAVIT
ANNO . DNI . M.D.C.XX.

134.
S. Auguſtini.
Sepulcrum cum protome.

D. O. M.
FABRITIO VERALLO ROMANO
HIERONYMI CARD. VERALLI
FRATRIS FILIO
A PAVLO V. POST NVNCII APOST. MVNVS
APVD HELVETIOS
IMPIGRE ADMINISTRATVM
AD SACRAM PVRPVRAM ADMOTO
CVI PROMERENDAE VRBANI VII

CON-

Digitized by Google

CONSANGVINEI SVI
APVD QVEM ADOLEVERAT
EXEMPLIS INSTRVCTVS
OPTIMI PONTIFICIS MORES
EXPRESSIT
DIGNVSQ. HABITVS
QVI SVBLATVM REPENTE PRINCIPEM
ALIQVANDO REPRAESENTARET
OBIIT AN. DOM. M. DC XXXIIII
AETATIS SVAE LIIII

135.

S. Johannis in Laterano.

In porticu.

VRBANI VIII. P. O. M. AVTHORITATE
IO. BAPTISTA . CARD. LENIVS . SACROSANCTAE HVIVS
LATERANEN. BASILICAE ARCHIPRAESBYTER
PORTAM . A . SE . INEVNTE . ANNO . IVBILEI MDCXXV
APERTAM
EXEVNTE CLAVSIT

136.

S. Caroli ad Catinarios.

In exteriori templi facie.

IO. BAPTISTA . S. R. E. CARDINALIS LENIVS . ARCHIPR. LATERAN.
MDCXXXV

137.

Ibidem.

Supra interiorem januam.

SANCTO CAROLO BORROMEO
IO. BAPTISTA . LENIVS S. R. E. CARDINALIS

EPISC.

EPISC. FERRARIEN. SACROS. LATERANEN. BAS. ARCHIPR.
QVOD . TEMPLI . HVIVS
RELIQVVM . ERAT . PERFINIENDVM . OBTVLIT
TIBERIVS . PETRONIVS . ROMANVS . S. D. N. REFEREND.
E . LENII . EIVSDEM . CONSOBRINI
SIBI . VLTIMA . DECLARATA . VOLVNTATE
SACELLO . DEIPARÆ . VIRGINIS . MATRI . A . SE . ERECTO
FACIE . A . FVNDAMENTIS . EXCITATA
THOLO VIRTVTVM . IMAGINIBVS
FORNICIBVS . AVRO . DECORATIS
APSIDE . FVNDATA
PERFECIT
ANNO . SALVTIS . M.DCXXXVIII.

138.
S. Mariae in Vallicella.
Humi.

D. O. M.

PETRO PAVLO CRESCENTIO ROMANO S. R. E. CARDINALI EPISCOPO PORTVENSI

SANCTI PHILIPPI NERII VT IPSE PIE PROFITEBATVR IN SPIRITV DISCIPVLO

QVI NE MORTVVS AB ILLIVS TVTELA RECEDERET CVI VIVVS SE REGENDVM TRADIDERAT

AVITO SVORVM RELICTO PRISCAE NOBILITATIS MONVMENTO

COMMVNEM PATRIBVS CONGREGATIONIS ORATORII SEPVLTVRAE LOCVM ELEGIT

VIXIT ANNOS LXXIV. MENSES II. DIES III. OBIIT XIX. FEBRVARII ANNO SAL. MDCXLV

ALEXANDER CRESCENTIVS EPISCOPVS BITVNTINVS PATRVO MERITISSIMO P. C.

S. Si-

Digitized by Google

139.

S. Simeonis prophetae.

In eccleſiae fronte.

S. SIMEONI PROPHETÆ H. LANCELLOTTVS

140.

S. Pantaleonis ſcholarum piarum.

In clauſtri pariete.

D. O. M.
HORATIO S. R. E. CARDINALI
LANCELLOTTO
OB SEX MILLE NVMOS
ARGENTEOS
TESTAMENTO MANDATOS
ET IN HVIVS DOMVS
EMPTIONE EXPENSOS
CONGREGATIO PAVPERVM
MATRIS DEI
PRIMO SVO BENEFACTORI
MERITISSIMO QVOD GRATI
ANIMI TESTIMONIVM ET
POSTERIS EXEMPLVM FO
RET MONVMENTVM HOC
POSVIT
OBIIT DIE IX. DECEMB
MDCXX

141.

S. Mariae de Aracoeli.

In pariete.

D. O. M.
IVLIO EPISCOPO TVSCVLANO S. R. E. CARDINALI SABELLO
MVLTAS INTER PRAEFECTVRAS INTEGRE SANCTEQVE VERSATO

Digitized by Google

QVI PAVLO V. NVNCIVS FECIALIS CONCILIANDO PHILIPPO III HISPANIARVM

REGE CAROLO SABAVDIAE DVCI

AD REGVM REGNORVMQVE TVTELAM VNICE FACTVS

ANCONAE INFVLAS SACRAM PVRPVRAM BONONIÆ LEGATIONEM OBTINVIT

VT COMPENDIARIIS TITVLIS TVM A GENERE TVM A SE MAGNVS

VTRAMQVE FORTVNÆ AC VIRTVTIS PAGINAM IMPLERET

MOX AVITIS IN HISPANIAM REGIAM MERITIS ET SVIS A PHILIPPO IV

SALERNITANAE ECCLESIAE DESTINATVS

ALIORVM PRINCIPVM VOTA IN SE ORNANDO PROVOCAVIT

VLADISLAVS REX POLONIAE FERDINANDVS II GERMANIAE TVENDAE

VINDICEM ET AD VRBANVM VIII FRIDERICI DVCIS FRATRIS LOCO

ORATOREM VOLVIT

DIGNVM SANE QVI IMPERATORIAS VICES NON ACCIPERET IPSE SED DARET

MORVM FACILIS CONSILIO PRAESENS ANIMO SVPRA OSTRVM EMINENS

CVM IN OMNIVM AMORIBVS ATQVE ADMIRATIONE VIXERIT

INDICTIS PONTIFICIIS COMITIIS ANNO SALVTIS MDCXLIV SEPTVAGENARIVS

OMNIVM LVCTV DEVIXIT CONTENTVS SVPREMAM DIGNITATEM MERVISSE

FABRITIO ETIAM TIT. S. AVGVSTINI

PRESBITERO S. R. E. CARD. SABELLO

QVI TRANSMISSO IN HAEREDITATEM HONORIS MERITO PVRPVRATVS BONONIÆ

LEGATVS SALERNITANVS ANTISTES PERDVELLES INTER REGNI NEAPOLITANI TVRBAS

REGI CIVIVM FIDEM ET VRBEM SERVAVIT EA AVTHORITATE QVAE

PRINCIPEM DECERET EA PIETATE QVAE PRAESVLEM PATRVO SIMILIS HOC

VNO DISPAR QVOD QVINQVAGINTA ANNOS NATVS OBIVIT VITA

BREVIORE NON GLORIA ANNO MDCLV

IVLIVS SABELLVS ALBANI ET S.R.I. PRINCEPS ET S.R.E. MARESCALLVS PERPETVVS

CONCLAVIS CVSTOS AVREI VELLERIS EQVES PRONEPOS ET NEPOS GRATI AMORIS

MONVMENTVM POSVIT ANNO D. MDCLXLI (ſic)

VT

Digitized by Google

VT GEMINVS PVRPVRAE SPLENDOR CINERIBVS SVPERSTES POSTERIS HOC
ARDERET IN LAPIDE

142.

S. Catharinae Funariorum.

In pariete.

D. O. M.

VIRGINIA DE SANGVINEIS ROM.[A] AD AVG. DOTEM HVIVS SAC.[I]
A FAM.[A] DE TORRES EXTRVCTI

IN ILLIVS TESTAMENTO PER CAMILLVM IACIVM PVBL. SCRIBAM
VRBEV. 30. (ſic) OCT: 1609. (ſic) EXARATO

BISMILLE ET QVADRINGENTA SCVTA MONETÆ LEGAVIT VT EORVM PROVENTIBVS CAPPELLANVS INSTITVTVS FRVATVR

QVI AD ILLIVS ALTARE SINGVLA QVAQVE HEBDOMADA

BIS PRO IPSIVS ET SEMEL PRO EIVS D. AGNAT. ET CONSANGVIN. ANIMABVS SACRVM FACERE TENEATVR

IVS AVT CAPPELLANVM ELIGENDI ET PRÆSENTANDI

AD PRIMOGEN. D. FERDINANDI DE TORRES EIVS COGN. PERTINERE IVSSIT

PRIMOQVE PRÆSENTATVS EXTITIT D. COSMVS DE TORRES PROT. APOST. DE NVM.[O] PARTICIPANT.

DE CVIVS CONFIRMATIONE AB ILL.[MO] D. CARD. VICARIO HABITA
CONSTAT EX ACTIS FVLVII PASSARINI DIE (ſic) 26. MARTII 1614 (ſic)

IDEM COS. TIT. S. PACRATII S. R. E. PRESB.[R] CARD.[LIS] DE TORRES VT PIAM TESTATRICIS MENTEM TVERETVR P. C.

143.

S. Pancratii.

Humi.

D. O. M.
COSMVS TIT. ANTEA S. PANCRATII
ET POSTEA S. MARIE
TRANSTYBERIM S. R. E. PRESB
CARD. DE TORRES TERTIVS
DE FAMILIA ARCHIEP. MONTIS
REGALIS REGNI POLONIAE
PROTECTOR PRAESTANTISSIMI
PATRVI VIRTVTES MERITA
DIGNITATES FORTVNAMQVE
IMITATVS PROXIME ETIAM ET
PARI TVMVLO SEPELIRI VOLVIT
ANNO DNI MDCXXXXII
OBIIT KAL MAII AETATIS
AN. LVIII

144.

S. Johannis Florentinorum.

In pariete.

D. O. M.
IO. BAPT. SACCHETTO. ET FRANCISCAE. ALTOVITAE. FLORENT
CONIVGIBVS
SANGVINE. AC. VIRTVTVM. SPLENDORE. COMPARIBVS
PARENTIBVS. OPTIME. MERITIS
IVLIVS. S. R. E. CARDINALIS
MARCELLVS. ALEXANDER. MATTHEVS. ET. IO. FRANCISCVS
HOC. IN. SACELLO. QVOD. ILLE. MORIENS
SVÆ. IN. DEVM. PERPETVAE. PIETATIS. ARGVMENTVM
EXTRVI. IVSSERAT
MONVMENTVM. POSS.
OBIERE
ALTERA. IV. NON. IANVARII. AN. SAL. MDXCVII. AET. XXXVII
ALTER. XI. KAL. FEBR. MDCXX. ANN. NATVS LXXXI

Ibidem

Digitized by Google

145.
Ibidem.
In pariete.

D. O. M.
MARCELLO . SACCHETTO
INGENII . ATQVE . ANIMI . CELSITATE
MORVM . LITTERARVMQVE . ELEGANTIA
OMNIVM . ORDINVM . VOLVNTATEM
MAGNIS . IN . REBVS . INTELLIGENTIA . INDVSTRIA . VSV
PRAECLARAM . EXISTIMATIONEM . LAVDEMQVE
PROMERITO
IVLIVS . S. R. E. CARDINALIS . FRATRESQVE
FRATRI . CARISSIMO . P. C.
OBIIT . XVII. KAL. OCTOB. ANN. SAL. MDCXXIX
AETATIS SVÆ XLIV
BEATRICI . TASSONIAE . MARCHION. HERCVLIS F.
PARIS . NOBILITATIS . AC . SANCTITATIS . FOEMINAE
CONIVGI . DILECTISSIMAE
IO . FRANCISCVS . SACCHETTVS
NON . SINE . LACRYMIS
VIXIT . ANN. XIX. OBIIT . V. ID. MAIAS . MDCXXXIII

146.
S. Mariae de Aracoeli.
In pariete, cum imagine depicta.

D. T. V.
IACOBO . S. R. E. TIT. S. EVSEBII
CARDINALI . DE . CAVALERIIS
QVI . AVITAM . NOBILITATEM
PROPRIAE . VIRTVTIS . GLORIA
SVMMOPERE . ILLVSTRAVIT
CVM . A . PAVLO . V . INTER
SAC. PAL. CAVSAR. AVDITORES

AD-

Digitized by Google

ADSCITVS . FVERIT
AB . VRBANO . VIII. P. O. M.
POST . DATARII . MVNVS
SVMMA . CVM . LAVDE . ADMINISTRATVM
ROMANA . PVRPVRA . DONATVS . EST
PAVLINA . MAFFAEA
FRIDERICI . FRATRIS . VXOR
SVÆ . IN . AMPLISSIMVM
LEVIRVM . REVERENTIAE
TESTIMONIVM . POSVIT
ANNO . DNI MDCXXXVII
OBIIT . ANNO . MDCXXIX. AETATE . LXIII

147.

S. Hieronymi nationis Illyricae.

In pariete.

VRBANO OCTAVO P. O. M.
QVOD PATRIS AFFECTV COMPLEXVS NATIONEM ILLYRICA
A. C. C. ANNIS IN HOC TEMPLO POSTEA A SIXTO V. A FVNDA
EXTRVCTO CONGREGATAM
EIDEM CONGREGATIONI TRANQVILLITATE REDDITA
DOMO S. CAII PP. M. ILLYRICI A FVND. EXCITATA
BAPTISTERIO S. COSTATINI IMP. ILLYR. ILLVSTRATO
SACRORVM MISTERIORVM LIBRIS ILLYRICIS PVRGATIS
ALVMNIS ILLYR. LAVRETANO COLLEGIO RESTITVTIS
IMMORTALIBVS BENEFICIIS AFFECERIT
ALEXANDRO S. R. E. DIAC. CARD. CAESARINO PROTECTORE
EADEM NATIO GRATI ANIMI HOC
MONVMENTVM P. P.
ANNO DNI MDC. XXX

S. Ca-

Digitized by Google

148.

S. Catharinae Senenſium.

In pariete.

ALEXANDER S. R. E. DIACONVS
CARDINALIS CAESARINVS ROMANVS
EPISCOPVS VITERBIENSIS ET TVSCANENSIS
ECCLESIAM HANC IN HONOREM
SERAPHICAE VIRGINIS CHATERINAE
DIE XXIII SEPTEMBRIS CONSECRAVIT
EAMQ. ANNIVERSARIA DIE VISITANTIBVS
XXXX DIES DE VERA INDVLGENTIA IN PPTV
CONCESSIT ANNO DOM. MDCXXXX

149.

SS. XII. Apoſtolorum.

In clauſtro.

D. T. O. M.
HIERONYME CARD. COLVMNA
HAEC SS. APOSTOLORVM BASILICA
COLVMNENSIVM NON MINVS BENEFICIIS
QVAM AEDIBVS CONIVNCTA
TE TVA MAIORVMQVE FLORENTEM LAVDE
PERPETVVM SVI TVTELAREM ADOPTAT
SIC POSITO MONVMENTO
F. FELIX FRANCISCHINVS CASSIANVS
ORD. MIN. CONV. MINISTER GENERALIS
ATQ. HVIVS MONASTERII FAMILIA CONTESTANTVR
ANN. DOM. MDCXXIX

Ibidem

150.

Ibidem.

In turris Campanariae pariete.

HIERONYMI
CARD. COLVMNÆ
SVMPTIBVS
M. DC. XXVIIII

151.

S. Johannis in Laterano.

In porticu.

INNOCENTII X. PONT. MAX. AVCTORITATE
HIERONYMVS DIACONVS CARD. COLVMNA
ARCHIPRAESBYTER
PORTAM HANC SANCTAM RESERAVIT ET CLAVSIT
ANNO IVBILEI M.D.CL.

152.

S. Mariae in Coſmedin.

Ante ſacrarium, in pariete cum imagine depicta.

D. O. M.
HIERONYMO . S. R. E. CARDINALI . COLVMNÆ
EPISCOPO . TVSCVLANO
SACRO . SANCTÆ . BASILICÆ . LATERANENSIS
CVIVS . PORTAM . S. A. SÆC. M. D. C. L. APER . E . CLAVSIT
ET . IN . QVA . QVOD . MORTALE . GEREB. DEP. VOLVIT
ARCHIPRESBYTERO
MEDIOLANEN. ARCHIEP. EL. BONONIEN. CONSECR.
SVMMO . SVPR. ROM. INQVISIT. PRÆSIDI
PRNCIPI (ſic) HVMANISS. ET . VERE . ROMANO
DE . S. SEDE . APOST. TOTAQ. CHRIST. REPVBL

OPTI-

Digitized by Google

OPTIME . MERITO
IN . REB. ARD. PERAGEN. PRVDENTIÆ . LAVDE . CLARISS
CATHOLICI . REGIS . A . CONSS. STAT. E . BELLI
CVIVS . NOMINE
DVM . LEG. MVNERE . AP. MARGAR. AVSTRIACAM
ROM. IMPER. AVGVST. GLORIOSISS. FVNGERETVR
MER. ONVSTVS . INTER . PIA . RELIGIOSS. OBSEQVIA
TERRA . RELICTA
AD . CÆL. EVOLAVIT . A. M.D.C.LXVI. ÆT. LXII. CARD. XL.
CVM . PRIVS . CARD. S. MARIÆ . IN . COSMEDIN. DIACONIAM
NOMINIS . SVI . TIT. DECORASSET
DOMINICVS . DE . SANTIS . EIVSD. TEMPLI . ARCHIPR.
CVIVS . FID. PENITISS. PECT. SVI . ARCANA . COMISERAT
GRATI . ANIMI . ERGO . BENEFACT. SVO . SINGVLAR.
MÆRENS . POS.
ANNO . IVBILEI MDCLXXV.

153.

S. Mariae in Publicolis.

In pariete, cum imagine depicta.

D. O. M.
ANTONIO PVBLICOLÆ DE SANCTA CRVCE
MARCELLI F.
S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI
TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI
QVI
SVMMIS PONTIFF. IN ARDVIS NEGOTIIS
PROBATVS
A . GREGORIO . XV.
VITERBIENSI . PROVINCIÆ . PRÆFICITVR
SVB VRBANO VIII.
APVD SIGISMVNDVM III. POLONIÆ REGEM
PRO SEDE APOSTOLICA
FVNCTVS EST LEGATIONE

Digitized by Google

VBI REGNO PESTE LABORANTE
LIBERALI PIETATE REFVLSIT.
PVRPVRA DONATVS ANNO MDCXXIX
SVECIÆ PROTECTIONEM
POLONIÆ COMPROTECTIONEM
ADMINISTRAVIT
THEATINAM PRIMO HINC VRBINATEN.
REXIT ECCLESIAM
A BONONIENSI LEGATIONE VRBI RESTITVTVS
IN MEDIO HONORVM CVRSV EREPTVS
MAGNVM SVVM DESIDERIVM RELIQVIT
VIX. AN. XLII.
OB. VII. KALEND. DECEMB. AN. REP. SAL. MDCXLI
SCIPIO PVBLICOLA DE SANCTA CRVCE ANTONY F. SANGEMINI DVX
PRINCEPS OLIVETI GENTILI SVO
REST. ET POS. AN. DNI MDCCXXVII

154.

S. Mariae ſupra Minervam.

Sepulcrum cum protome.

D. O. M.
GREGORIVS NARVS PATRITIVS ROMANVS
A PAVLO V.
APOSTOLICAE CAMERAE CLERICVS
AB VRBANO VIII.
EIVSDEM CAMERAE AVDITOR DEINDE S. R. E. CARDINALIS
SVMMA BONORVM APPROBATIONE CREATVS
REATINAE TANDEM ECCLESIAE PRAEFICITVR
CVIVS REGENDAE FELIX DVM CAPIT EXORDIVM VITAE DIEM CLAV-
SIT EXTREMVM
ANNO DOM. MDCXXXIV MENSE AVGVSTI DIE SEPTIMA
AETATIS SVAE ANNO QVINQVAGESIMO TERTIO
BERNARDINVS NARVS FRATRI OPTIMO P.

SS. Tri-

Digitized by Google

155.

SS. Trinitatis in monte Pincio.

Sepulcrum cum protome.

D. O. M.
LVCAE . ANTONIO . VIRILI
S. R. E. TIT. S. SALVATORIS . IN . LAVRO
PRESB. CARD. CVIVS . INSIGNEM . LEGVM
RERVMQ. GERENDARVM . PRVDENTIAM
ROMANAE . AVLAE . DIV . PROBATAM
SVMMORVM . PONTIFICVM . AESTIMATIO
FELICITER . AVXIT
AVDITORIS . APOST. CAMERAE
AC . SIGNATVRAE . IVST. PRAEFECTI
VICE . ADMINISTRATA
AB . VRBANO . VIII . IN . ROM. ROTAM
MOX . IN . CARDINALIVM . SENATVM . ADLECTO
INGENTIA . MVNIA . INGENIO
AC . SOLERTIA . AEQVANTI
NON . AEQVA . MORTIS . INCLEMENTIA
SVBLATO
PETRVS . CYPRIANVS . VIRILIS . FRATRI
OPT. MERITO . IN . HAC . SACRA . AEDE
QVAM . SVIS . ILLE . PIETATIS . ET . BENEFICII
MONVMENTIS . ORNAVERAT
DEBITVM . CVM . LACRYMIS . MONVM. P.
OBIIT . AN. MDCXXXIV. PRID. NON. IVNII
AETATIS . SVAE . LXV

156.

S. Silveſtri in Quirinali.

In pariete.

D. O. M.
IOANNI IACOBO PANZIROLO ROMANO
S. R. E. PRÆSB. CARD.

Digitized by Google

VIRO SVO NOMINE CELEBRI
CVI SI QVID ADDAS DEMIS
MELCHIOR PANZIROLVS PATRVO INCOMPARABILI
MOESTISSIMVS POSVIT
OBIIT AN. SAL. MDCLI DIE TERTIA SEPTEMBRIS
ÆTATIS LXV

157.

S. Luciae in Silice.

In pariete.

FRANCISCI ANGELI ROMANI
S. R. E. CARDINALIS RAPACCIOLI
CVI CHRISTIANA PIETAS
SEMPER CORDI FVIT
COR IN VRNVLA
MARIA DEODATA RAPACCIOLI
EIVS SOROR
RECONDI CVRAVIT
ANNO DNI. M.DCLXXXIV

158.

S. Mariae ſupra Minervam.

Humi.

V. T. D.
FR. MICHAELI MAZARINO
ORDINIS PRÆDICATOR
APVLO ROMANOQ. PROVINCIALI
SACRI PALATII MAGISTRO
AQVENSI ARCHIEPISCOPO
S. R. E.
CARDINALI TIT. S. COECILIAE

CATA-

Digitized by Google

CATALONIAE PROREGI
A LVDOVICO XIV. GALLIAE REGE
AD INNOCENTIVM X. PONT. MAX.
ORATORI ELECTO
IMMATVRA MORTE SVBLATO
KAL. SEPTEMB. AN. MDCXLVIII
AETATIS SVAE XXXXIII
FRATRES S. M. S. MINERVAM
FRATRI BENEFACTORI AMANTISS.
POS.

159.

S. Mariae in Publicolis.

Sepulcrum cum imagine depicta.

D. O. M.
MARCELLVS PVBLICOLA DE S. CRVCE
TIT. S. STEPHANI IN CÆLIO MONTE
S. R. E. PRESBYTER CARDINALIS
VALERII FILIVS
ET ANTONII CARDIN. NEPOS
AB VRBANO VIII. PONT. MAX.
BASILICÆ VATIC. CANONICVS
ET VTRIVSQ. SIGNAT. REFEREND.
INNOC. X. BONONIÆ PROLEGATVS
ET PONTIFICIÆ CLASSIS
GENERALIS COMMISSARIVS
PETENTE IO: CASIMIRO POLONIÆ REGE
AN. XXXIII. AGENS
AD SACRAM EVECTVS PVRPVRAM
ET EIVSDEM REGNI COMPROTECTIONE
ECCLICÆ DISCIPLINÆ ZELO PROBATVS
VARIIS CONGRONIBVS ADSCRIBITVR
EPVS TIBVRT. VIGILANTISSIMVS

PASTO-

Digitized by Google

PASTORALI CVRA AC PIETATE
GREGEM ADIVVAT MDCLVI. LVE VEXATV̄
AVCTA MERITORVM FAMA
MORITVR XX. DB̄RIS MDCLXXIV. ÆT. LVI.
IN HAC SACRA VIRGINIS ÆDE
A FVNDAM. ÆRE PROPRIO RESTITVTA
QVIESCIT
SCIPIO PVBLICVLA . DE SANCTACRVCE . ANTONY . F. SANGEMINI DVX
PRINCEPS OLIVETI GENTILI SVO
REST. ET POS. AN. DNI MDCCXXVII.

160.

S. Laurentii in Damaſo.

In pariete.

ALEXANDRI VII. PONT. OPT. MAX. INDVLTO
IN FORMA BREVIS XIII. FEBRVARII MDCLVIII.
EXPEDITO ILLOQVE PER VICEGERENTEM CARD. VICARII
PENES ACTA SIRMII EIVS NOTARII V.[A] APRILIS EIVSDEM ANNI
EXECVTIONI MANDATO ECCLESIA S. SALVATORIS IN
IVDÆORVM PLATEA OLIM EXISTENS IVSTIS DE CAVSIS PROPHANATA
REMANSIT EIVSQVE SIMPLEX BENEFICIVM RECTORIA NVNCVPATVM
IN HANC S.[TI] LAVRENTII IN DAMASO ECCLESIAM EIVS
MATRICEM TRANSLATVM FVIT CONSENTIENTIBVS HVIVS IPSIVS
ECCLESIÆ CARDINALI TITVLARI DICTI BENEFICII ORDINARIO
COLLATORE ATQVE CAPITVLO CVIVS DECRETO IDEM BENEFICIVM
SACELLO S.[MI] CRVCIFIXI ADNEXVM FVIT QVORVM OMNIVM VT
PERPETVVM EXTARET MONVMENTVM CAROLVS S.[TI] CÆSARII
DIAC. CARD. BARBERINVS TRANSLATI BENEFICII RECTOR
In pariete.

ÆTERNÆ MEMORIÆ
FABII MATHEI DOMICELLI ROMANI
BARONIS PAGANICÆ
ANTIQVISSIMO EX GENERE ANICIO ET PAPARESCO
PII OPTIMEQVE MERITI REPARATORIS
MONASTERY HVIVS SS. VINCENTY ET ANASTASY
AD AQVAS SALVIAS
QVOD OLIM CVM TEMPLO MONACHIS CISTERCIENSIBVS
AB EIVS GENTILI INNOCENTIO II. PONTIF. MAX.
RELIGIOSA FVERAT LIBERALITATE DONATVM
MONACHI ITEM CISTERCIENSES

Digitized by Google

ANTIQVI BENEFICY MEMORES
MONVMENTVM HOC GRATI ANIMI
POSVERE
ANNO DOMINI M. D. CVIII

42.

S. Mariae in Via.

Humi.

D O M
ANNO DNI MDCXI
TENET HOC SAXVM TIBALDI DE TIBALDIS OSSA SEPVLTA
CVIVS AD INTERITVM TOTA FAMILIA GEMIT
FRIS CLEMENTIS DARDANI DE VRBE VITRICVS FVIT
IPSEQ. PIETATE ADDVCTVS HOC ILLI CONDERE VOLVIT
VBI NON SOLVM ILLE CVM EIVS MATRE CLARA ERIT
SED ETIAM VSQ AD EXTREMVM TOTA FAMILIA MANEBIT

43.

S. Mariae Magdalenae in via Lata.

In pariete.

D. O. M.
MARCO ANTONIO PETRAE
EQVITI S. S. MAVRITII ET LAZARI
NOBILI MEDIOLANENSI
ET CIVI ROMANO
PIETATE AC BENEFICENTIA
IN PAVPERES INSIGNI
MONIALES S. MARIAE MAGDALENAE
SECTATRICES
PRAEDIVITIS ASSIS
EX TRIENTE HAEREDES
GRATI ANIMI ERGO
POSVERE
ANNO SALVTIS
CIↃ IↃ CXIV.

S. Ma-

Digitized by Google

44.
S. Mariae ſupra Minervam.
In pariete.

D. I.
MEMORIAE
LAVRAE MACARANAE ROMANAE
PIETATE NON MINVS QVAM NOBILITATE
CLARAE
TESTANTVR ID SATIS AMPLVM MCCCC AVREORVM
HVIC TEMPLO RELICTVM MONVMENTVM
QVO PERENNI VITAE PROSPICIENS
SACRVM SINGVLIS DIEBVS
PERPETVO CELEBRARI VOLVIT
OBIIT DIE XXII MAII AN. AETATIS SVAE XLVI
SALVTIS MDCXVI
GRATI AC MEMORES. PP. CONV. S. M. S. M. POSVERVNT

45.
S. Honuphrii.
Humi.

D. O. M.
TINCTORV̄ VNIVERSITATI
CONIVGIBVS
AC FILIIS EORVM
F. OCTAVIVS NICORVCCIVS
IS
CONGREG. B. PETRI A PISIS
RECTOR GENERALIS
SEPVLCHRVM HOC
SVI GRATI ANIMI

MO.

Digitized by Google

MONVMENTVM
VLTRO LIBENSQ ATTRIBVIT
ANNO DOMINI
CIↃ. IↃ. C. XVII

46.

S. Crucis in Via Lungaria.

In fronte majoris arae.

BALTHASAR PALVTIVS ALBERTONIVS
SANCTISS. CRVCIS TEMPLVM
A FVNDAMENTIS EREXIT ORNAVIT
DICAVIT
ANNO DNI MDCXIX

47.

Ibidem.

In pariete.

D. O. M.
MARCHIONI BALTHASSARI PALVTIO DE ALBERTONIBVS
PATRITIO ROMANO EQVITI S. IACOBI
VIRO CHRISTIANA PIETATE ET CIVILI PRVDENTIA CLARO
QVI CVM DOMVM POENITENTIÆ ADMIRABILI CVM LAVDE GV-BERNASSET
TEMPLVM HOC PROPRIIS SVMPTIBVS INCHOAVIT ET ABSOLVIT
AC VNIVERSA SACELLI SVI SACRA
SVPELLECTILE TANQVAM DOTE DONAVIT
ADDIDITQ. IN AMORIS RECIPROCI ÆTERNVM PIGNVS
SCVTA MILLE AC BIS CENTVM PRO SACRIS QVATVOR
SINGVLIS HEBDOMADIS
VNO ANNIVERSARIO SINGVLIS ANNIS DIE OBITVS SVI
PERPETVO CELEBRANDIS
GVBERNATOR ET CONSERVATORES DOMVS POENITENTIÆ
OPTIMO BENEFICO MONVMENTVM POSVERE ANNO M. D. C. LV

Digitized by Google

48.

Ibidem.

In pariete.

ANTONIO . BARBERINO
S. HONVPHRII . CARD. MAIORI . POENITENTIARIO
QVOD . HANC . POENITENTIAE . DOMVM
AD . EXTREMAS . ANGVSTIAS . REDVCTAM
CVM . VIVENS . PRAESENTI . SEMPER . AVXILIO
AD . SEX . AVREORVM . MILLIA . SVBLEVASSET
MORIENS . ATTRIBVTO . IN . SINGVLOS . MENSES
QVINQVAGINTA . AVREORVM . REDITV
IN . PERPETVVM . STABILIRET
DEPVTATI . EIVSDEM . DOMVS
PROTECTORI . BENEFICENTISSIMO . POSVERE

49.

S. Ambroſii de Maximà.

In pariete.

MONIALES HVIVS ECCLESIAE B. MARIAE VIRGINI
AC S. AMBROSIO DE MAXIMA DICATAE
ORDINIS S. BENEDICTI
LIBERALITATE OLYMPIAE DE TORRES ABBATISSAE
EREXERVNT AN. DOM. MDCXXII.

50.

Ibidem.

Humi.

D. O. M.

HERMINIA . RVBERTI . DE . RICCIA
ET . HORTENSIÆ . CINCIÆ . FILIA
ROMANA
FABRITII . DE . FABIIS . VXOR

OBIIT.

Digitized by Google

OBIIT . ANNO . SALVTIS . M. DC. XXII
AETATIS . LXII
TRIVM . IN . HEBDOMADA . MISSARVM
PRO . TOTIVS . DOMVS . DEFVNCTI
TESTAMENTO
OBLIGATIONE . PERPETVA . RELICTA
DD. PORTIA . ET MARIA . VIRGINIA
DE . FABIIS
HVIVS . SACRI . COENOBII
MONIALES
NEPOTES . ET . HÆREDES
POSVERVNT .

51.

S. Catharinae Senenſis.

In pariete.

D. O. M.
IVLIAE . DONAE : DE . PRIMIS
VXORI . Q. ROBERTI . PRIMI
QVAE . PRO . EIVS . ANIMA
SCVTA . MILLAE (ſic). MONETAE
HVIC . MONASTERIO . PRO . MISSA
IN . HAC . ECCLESIA . SINGVLIS . DIEBVS
IN . PERPETVVM . DICENDA
EX . TESTAMENTO . RELIQVIT
XI. MARZII . M. D. C. XXIIII
CRISANTE . RVSCIOLO . CVR. A. C. ET
BERNARDINO . GARGARIO . CVR. CAP.
NOTARIIS . IN . SOLIDVM . ROGATIS

S. An-

Digitized by Google

52.

S. Annae Monialium.

In pariete.

D. O. M.
OCTAVIANO . VESTRIO . ROMANO . MARCELLI . F.
PATRITIO . ROMANO . EQVITI . CALATRAVAE
ERVDITIONIS . ATQ. INTEGRITATIS . EXIMIAE
OBIIT . KAL. MAII . M. DC. XXVI. AET. XLIX
HYACINTHA . ET . IVSTINA . SORORIBVS . MONIAL
ATQ. HOC . S. ANNAE . MONASTERIO
HEREDIBVS . EX . ASSE . TESTAMENTO . RELICTIS

53.

Ibidem.

D. O. M.
IVSTINAE . VESTRIAE . BARBIANAE
QVAE . HVIVS . MONASTERII . PRAEFECTVRAM
SVMMA . CVM . LAVDE . SECVNDVM . GERENS
OMNIVM . DESIDERIO . EREPTA . EST
HYACINTHA . SOROR . CETERAEQ. MONIALES
OPTIMAE . MERITAE . MOERENTES . POSVERVNT
ANNO . SAL. M. DC. XXXIII

54.

Ibidem.

HVIC . HEREDITATI . MONIALES . SVA . SPONTE
SVAEQ. IN . VESTRIAM . FAMILIAM
GRATAE . VOLVNTATIS . ARGVMENTO
VICARIO . PONTIFICIS . ANNVENTE

Digitized by Google

PERPETVVM . HOC . ONVS . ADIECERVNT
VT . QVOTIDIE . SACRVM . VNVM . FIAT
ET . QVOTANNIS . SOLEMNIA . ANNIVERS. TRIA
DIE . XXIII. IANVARII . XXX. APR. AC . XXIX. OCT.

55.

S. Mariae Humilitatis.

Supra portam eccleſiae.

FRANCISCAE BALEONAE VRSINAE
QVAE VIRO DEFVNCTO MONASTERIVM HOC
FVNDAVIT EXCITAVIT AC IDONEO REDDITV MVNIVIT
HVIVS CŒNOBII VIRGINES
FVNDATRICI MVNIFICENTISSIMÆ
POSVERE

56.

Ibidem.

In ſacrario.

FRANCISCAE BALEONAE VRSINAE
QVAE VIRO DEFVNCTO HANC AEDEM
ADIVNCTVMQ. MONASTERIVM AREA AMPLE DESIGNATA
CIRCVMIECTISQ. DOMIBVS SVAE DOTIS AERE COEMPTIS
FVNDAVIT EXCITAVIT AD EXITVM PERDVXIT
IDONEO REDDITV MVNIVIT
IPSA RELIQVVM AETATIS
INTER SACRAS EIVSDEM COLLEGII VIRGINES EXEGIT
OBIITQVE ANNO AETATIS SVAE LXXXIII.
SALVTIS M. DC. XXVI. DIE XV. IVLII
HVIVS COENOBII VIRGINES
FVNDATRICI MVNIFICENTISSIMÆ P. P.

S. Fran-

Digitized by Google

57.

S. Franciſci ad Ripam.

Humi.

PIERA DE IMPERIACCIS ROMANA
VIRGO ORDINIS POENITENTIVM SANCTI FRANCISCI
VT VBI ORANDO DIV RELIGIOSE PERMANSIT
IBI CVM SANCTITATIS ACCLAMATIONE MORTVA REQVIESCERET
IVDICII DIEM HIC EXPECTAT
OBIIT DIE XV. AVGVSTI MDCXXVI.

58.

Ibidem.

Humi.

HIC IACET CORPVS SORORIS PIERÆ IMPERIACCI
TERTIARIÆ S. FRANCISCI

59.

S. Luciae in Silice.

In pariete.

D O M
AN IVB MDCXXV DIE XXVII SEPTEMB
IVS PATR AD PERP REI MEM ELARGITVM
MONIALIBVS S. LVCIAE DE MONTIBVS
AB HELENA Q. FRANCISCI DE MONIS
PRO SVFRAG. EIVS ANIMAE MISSAE I. QVOTID
AB VNO CAPPELLANO AD EAR. ECCLES. COMMODVM
A SE IN PERPETVVM DICEN.
VEL PER ALIVM SI LEGITIME IMPEDIATVR
AB EISDEM EXTRA PRIMAM VICEM NOMINAN
PRO ANIMA TESTATRICIS EIVS HAEREDIS
SVORVMQ. CONSANGVINEOR. ET BENEFICIATOR
AC PRO QVIB. IVRE BONAE IVSTITIAE

Digitized by Google

ET LEGE VERAE CARITATIS DEBEANTVR
PRO QVO IVRE ASSERTA FVERVNT
SCVTA M. MONET. IN X. LOCIS MONT. NON VACAB.
LI. SCVT: MONETAE RESPONDEN. SINGVLIS ANN.
QVOR. PARTIM CAPPELLANO
PARTIM SACRISTAE ASSIGNATA FVERVNT
PROVT LATIVS INSTROMENTO (ſic)
DE OCTAVIANIS NOT. CAP. D D DIE ET ANN.
ET PER COESIVM VRB. VIC. NOT.
DIE XXVII MAII MDCXXVIII CONFIRMATO
ET COPIAE APVD EASDEM SERVANT
QVOR. OBSERVANTIA DEO
ET POSTERIS COMMENDATVR
VT SI AD TEMPVS D. ECCLESIA
ALIORSV̄ TRANSMVTETVR LAPIS
ETIAM HIC APTO LOCO IN EA PONATVR
VT MEMORIA SERVETVR
OBSERVANTIAQVE MANIFESTA SIT

60.

S. Auguſtini.

In pariete.

RR. PP. HVIVS MONAST
TENENTVR SINGVLIS DIEB
PERPETVO CELEBRARE VNAM
MISSAM PRO ANIMAB. PATR
ET MATR. DN̄Æ PORTIÆ DE
ARCHANGELIS AB ANNO DN̄I
MDCXXXI DIE XVIII. IVLII

S. Pan-

Digitized by Google

61.

S. Pantaleonis.

In ſacrarii pariete.

PORTIA DE ARCHANGELIS
ROMANA QVINGENTOS
NVMMOS ARGENTEOS
IN SCHOLIS PIIS
PATRVM ARBITRIO
IMPEDENDOS LEGAVIT
ANNO DOMINI
MDCXXXI

62.

S. Ambroſii de Maxima.

Ad B. Virginis aram.

MARIAE IESV PARENTI PATRONAE OPTIMAE
HOC SACELLVM A FVNDAMENTIS
EXTRVENDVM CVRARVNT
OCTINGENTORVM AVREORVM
FRVCTIBVS DOTARVNT
AD SACRVM BIS QVAVIS HEBDOMADE
PRO MONIALIBVS FACIENDVM
D. GISMONDA VERILIS ET D. PVLCHERIA CECIA
HVIVS MON. MONIALES AN. SAL. MDCXXXII.

63.

S. Catharinae Senenſis.

In ſacrarii pariete.

CLERIA CVPPIS DE COMITIBVS HVIC
VEN. ECCLESIÆ, ET MONASTERIO SAN
CTÆ CATARINÆ DE SENIS VRBIS SCV
TA QVINQVAGINTA MONETÆ ANNO QVO

LI-

Digitized by Google

LIBET IN PERPETVVM AB EIVS HÆRE
DE SOLVENDA, RELIQVIT PRO MISSA
QVOTIDIANA IN HAC VENER. ECC
DA
LESIA CELEBRAN. VT EX CODICILLIS
AB EA FACTIS PER ACTA ANGELI CANI
A
NI NOTARII CAPITOLINI DIE P. APRILIS
M. DC. XXXVI.

64.

SS. Pudentianae.

Humi.

D O M
SINGVLARITER
IN SPE
DOMINO CONSTITVTI
NOS
MONACHI CISTERCIENSES
REFORMATI
CONGREGATIONIS S. BERNARDI
IN IDIPSVM
HIC
REQVIESCIMVS FIDE MVNITI
SARCOPH. A. D. M. DC. XXX. VII. CONST

65.

S. Pantaleonis.

In pariete.

SACERDOTES PAVPERVM
MATRIS DEI SCHOLARVM
PIARVM ANIMAE LAVRENTII
VEDRATI OPTIMI BENEFACTORIS

IN

Digitized by Google

IN SACRIFICIIS MEMINISSE
CVRABVNT OBIIT ANNO
DOMINI MDCXXXVII

66.

S. Benedicti Tranſtyberim.

Humi.

D O M.
LAVINIA VIRGO FILIA
EQVITIS FAVSTI DE ALICORNIS
GENERE NOBILIS SPIRITV
NOBILIORI SVB . D. PATRIS
BENEDICTI VEXILLO SACRVM
HABITVM SVSCEPIT OCTAVA
TAMEN LVCE ODORE SANCTITATIS
REFERTA AD COELESTEM SPONSVM
EVOLAVIT ANNO SVAE AETATIS LXIII
SALVTIS VERO XX SEPTEMBRIS
M. DC. XXXVIII

67.

S. Mariae Virginum.

In pariete.

D. O. M.
CHRISTO . SERVATORI
RESVRGENTIVM . PRINCIPI
APPARITIONIS . FVLGORE . ET . HONORE
VIRGINVM . MATREM . RECREANTI
SACELLVM . HOC . A . SE . CONDITVM . DOTATVM . ET
ORNATVM
MERCVRIVS . FLORISANTES . ROMANVS . DICAVIT
PROPE . SEPVLCHRVM . ELEGIT . SACRVMQVE
IN . EO . MONASTERIO . HEREDE
INSTITVTO . SVPREMIS . TABVLIS

FIE-

Digitized by Google

FIERI . IVSSIT
VIXIT . ANNOS . LXXIIII . OBIIT
DIE . XXVII. IANVARII . MDCXXXIX
PRÆFECTVS . AC . DEPVTATI . HVIVS . COENOBII
VIRO . INTEGERRIMO
AC . DE . SACRIS . VIRGINIBVS . OPTIME . MERITO
GRATI . ANIMI . MONVMENTVM
P. C.

68.

S. Mariae Conceptionis in regione Montium.

In pariete.

D. O. M.
FELICI ZACCHIÆ RONDENINI MATRONÆ
ROMANÆ QVOD SEX MILLIA SCVTATA AD
MONASTERII CONSTRVCTIONEM QVATVOR
VERO PRO MONIALIVM ALIMONIA VIVENS
DONO DEDERIT MONIALES GRATI ANIMI
MONVMENTVM POSVERE
PRID. KAL. IVL. AN. DOM. MDCCXXXIX.
OBIIT V. ID. IAN. AN. DOM. MDCLXVII
ÆTAT. SVÆ LXXIV.

69.

S. Clementis.

In pariete.

D. O. M.
IOANNAE . PROLISSAE . ROMANAE
QVAE . HVIC . VEN. ECCLESIAE
OLIM . S. CLEMENTIS . DOMVI
SCVTA . QVINGENTA
VT . PRO . IPSIVS . ANIMA . QVACVMQ. HEBDOMADA
DVAE .

Digitized by Google

DVAE . MISSAE . PERPETVO . CELEBRENTVR
P. ACTA . TVLLII . NOT. CAP. SVB. DIE . VI. XBRIS M. DCXXXIX
LEGAVIT
FRATRES . HVIVS . COENOBII . POSS
MDCXXXX

70.

S. Johannis in Laterano.

Humi.

D O M.
IOANNI HIERONYMO BONFILIO IANVENSI
HVIVS SACROSANCTAE LATERANENSIS
ECCLESIAE
CANONICO VIRO PIETATE CHARITATE ET
RELIGIONE FERVENTISSIMO QVI
OCTOGENARIVS
MERITIS BONIS OPERIBVS ET LONGA
AETATE ONVSTVS VIAM VNIVERSÆ CARNIS.
INGRESSVS FVIT IV NONAS FEBRVARII
ANNO DOMINI MDCXXXIX.
PRIORISSA ET MONIALES CAR .....
DISCALCEATAE ......
SANCTAE THERESIAE ......
MONASTERII ....
SANCTI IOSEPHI AD CAP ......
VRBIS EX TESTAM. ......
B. M. P. ....

Digitized by Google

71.

S. Suſannae.

Humi.

D. O. M.
VICTORIA . PALLADIA . ROMANA
QVAE . IN . HAC , ECCLESIA
MISSAE . SACRIFICIVM
IN . SINGVLAS . HEBDOMADAS
CELEBRARI
TESTAMENTO . MANDAVIT
HIC
CVM . IOANNE . PETRO . BOVETTO
CONIVGE . SVO . QVIESCIT
MONASTERIVM . MONIALIVM
SANCTÆ . SVSANNÆ
HAERES . B.
EX . EIVSDEM . TESTATRICIS
PRAESCRIPTO
POSVIT
OBIIT . XIX. MAII . MDCXXXXI

72.

S. Mariae de Pace.

In ſacrarii pariete.

D. O. M.
DIANA . VENTVRA . ROMANA
FABRITII . MARCHETTI . VXOR
ANNVVM . CENSVM . SCVTORVM . MILLE
MONETAE . IN . SORTE . PRINCIPALI
AD . IMPETRANDAM . PERPETVAM . PACEM
DEIPARAE . PACIS . DE . VRBE . AC . PACIS . REGINAE
CESSIT . ET . ASSIGNAVIT

SVB

Digitized by Google

SVB . ONERE . SACRVM . QVINQVIES
IN . EBDOMADA
AC . SEMEL . IN . ANNO . IN . DIE . OBITVS
PRO . SVAE . AC . SVORVM . SALVTE
CANONICIS . DICTAE . ECCLESIAE
ANNIVERSARIVM
IN . PERPETVVM . CELEBRANDI
EXTANT . INSTRVMENTA . IN . ACTIS
D. ANTONII . BARDI . NOT. CAP.
SVB . DIE . XV. FEBRVARII
MDCXXXXII

73.

S. Thereſiae in Quirinali.

In pariete.

D. O. M.
EXC.ME DNÆ ISABELLÆ SALVIATI CÆSI
DVCISSÆ AQVÆ SPARTÆ
EXIMIÆ HVIVS MONASTERII
BENEFACTRICI
MONIALES CARMELITÆ EXCALCEATÆ
GRATI ANIMI MONVMENTVM
POSVERVNT
OBIIT XXIX. IVNII ANNO
MDCXLII.

Digitized by Google

74.

S. Catharinae Senenſis.

In pariete.

D O M

VICTORIA IVSTNA (ſic) ROMANA

RELIQVIT SCVTA MILLE QVATVOR CENTVM MONETÆ

CVM QVORVM FRVCTIBVS

MANDAVIT CELEBRARI MISSAM QVOTIDIANAM

OBIIT

DIE OCTAVA IVLII MDCXLIII.

DEODATA PETRONIA PRIORISSA GRATI ANIMI

POSVIT

75.

S. Auguſtini.

In choro.

D O M

IMAGINI SACRATISSIMAE VIRGINIS MARIAE A D. LVCA

DEPICTAE

A CLEMENTE TVSCANELLO CIVE ROMANO POST CAPTAM

CONSTANTINOPOLIM EX TEMPLO S. SOPHIAE DE MANIBVS

GRAECORVM AC TVRCARVM PRETIO REDEMPTAE

TANDEM A XISTO IV. PONT. MAX GRASSANTE PESTILENTIA

LVSTRATIS OMNIBVS VRBIS REGIONIBVS

SOLEMNI SVPPLICATIONE HIC REPOSITAE

FR. HIER. DE GHETTIS ROM. VNIVERSI ORD. MAGISTER GENERALIS

ET PP. HVIVS CONVENTVS RELIGIOSO AERE ARAM MAIOREM

ERIGI CVRARVNT

Ibidem.

Digitized by Google

76.

Ibidem.

In pariete cum imagine depicta.

D. O. M.
HIERONYMO . DE . GHETTIS . ROMANO
VIRTVTVM . NOBILITATE
RELIGIONIS . INTEGRITATE
VERBI . DEI . PRÆCONIO
ET . IN . PAVPERES . MVNIFICENTIA
SINGVLARI
QVI . AD . GENERALATVM . EVECTVS
IMPERANS . VT . PATER
GVBERNANS . VT . PASTOR
QVIQ. IN . VRBE . ORBEM . RELINQVENS,
IN . OLYMPI . ORBEM, ET . VRBEM
ABIIT
S
M. FVLGEN. PETRELL. SIGILL. GEN.
M. AMBROSIVS LANDVCCIVS SEN. PRIOR
ET PATRES HVIVS CON. MAERENTES
PATRI OPTIME MERENTI
P. P. AN. M. D. C. XLVI.

77.

S. Jacobi Hiſpanorum.

Humi.

D. O. M.
ET MEMORIAE
LVCAE TRVGILLI
CVRIAE ROMANAE CHARISSIMI
QVI PRO SACRIS CELEBRANDIS
NOBILIVMQVE PAVPERVM VIRGINVM
SACRARVM ALIMENTIS

OPV-

Digitized by Google

OPVLENTAM HÆREDITATEM
EX ASSE LEGAVIT
VEN. MONASTERIO
SANCTAE MARIAE MAGDALENAE
IN MONTE QVIRINALI
RENOVATO EIVSDEM PRAESCRIPTO
PAVLAE CENCIAE ROMANAE MATRIS
AB ALPHONSO PATRE
POSITO MONVMENTO
EXECVTORES TESTAMENTARII
POSVERE
ANNO SALVTIS MDCXLVII

78.

SS. Quatuor Coronatorum.

Humi.

D. O. M.
HIC IACET VENERABILIS MONIALIS
ANNA MARIA
QVÆ HVIC SACRO COENOBIO
ET PRÆLATIONE ET VIRTVTVM EXEMPLO
PRÆLVXIT
ET NVNQVAM OBLIVIONIS TENEBRIS
EXTINGVI MERETVR
OBIIT ROMÆ
PRID. NONAS FEBRVARII
AN MDCXXXXVIII
ÆTAT SVÆ LXXIX

79.

S. Mariae Novae.

Ad urnam, in qua S. Franciſcae Romanae corpus requieſcit.

✠
S. FRANCISCÆ ROMANÆ
AGATHA PAMPHILIA

IN-

INNOCENTII X. P. M. GERMANA SOROR
SVB IPSIVS SANCTÆ INSTITVTO MONIALIS
PII CVLTVS MONVMENTVM D. D.
ANNO DOM. MDCXLVIII.

80.

S. Mariae de Pace.

In pariete.

D. O. M.
AD PERPETVAM REI MEMORIAM
EX CONTRACTV INITO
CVM HIERONYMO MIGNANELLO
PATRITIO ROMANO
ABBAS ET CANONICI REG. LATER.
HVIVS ECCLESIAE
TENENTVR CELEBRARE
SEV CELEBRARI FACERE
SINGVLIS HEBDOMADIS MISSAM VNAM
ET VNVM ANNIVERSARIVM
SINGVLIS ANNIS IN PERPETVVM
IVXTA FORMAM INSTRVMENTI
CELEBRATI PER ACTA MVSCHE NOT. A. C.
DIE XIX. OCT. M. DCXVII
ALESAND. (ſic) CVRTIVS IACOB. DE MIGNANELLIS
FILII POSVERVNT ANNO M. DC LI

81.

S. Pudentianae.

In pariete.

D O M
AVRORA FIL. AEMILII CAPIZVCCHII
ET LVCRETIAE CRESCENTIAE
VXOR PHILIPPI RVIS

NO-

NOBILIS ROMANA
AVITAE VIRTVTIS INSIGNIS HAERES
INVICTAE EXEMPLVM TOLERANTIAE
SINE EXEMPLO INGENII LENIS
PLACIDI ET PRONI AD VIRTVTEM
PIETATEM QVAM INFANS AMPLEXA EST
RETINVIT SEMPER
IN FVNERE QVOQVE
NAM MD. ARGENTEIS SCVTIS
MONACHIS CONGREG.
S. BERNARDI REFORM.
ORD. CISTERCIEN. EX TESTAM
PER DOMIN. PETRACCIOLVM
A. C. NOT. XXXI. AVGVSTI
ANNI MDCLVI. ROG. RELICTIS
IVSSIT ILLOS SINGVLIS DIEBVS
PRO SE SVISQ. A QVIBVS PIETATEM SVXERAT
DEO COELESTEM HOSTIAM IMMOLARE

82.

S. Mariae Tranſpontem.

Ad aram Crucifixi, ad dexteram.

SAPIENTISSIMO . DEI . FILIO
DEO . OPT . MAX .
CHRISTO . IESV . CRVCIFIXO
VICTORI . TRIVMPHATORI
OPTIMO
AD . IMOS . PEDES . CRVCIFIXO
PROIECTVS

83.

Ibidem.

Ad laevam.

FRANCISCVS . BIDO . CARMELITA
A . GRANVELLA . BVRGVNDIÆ

EIVS;

Digitized by Google

EIVS . HVMILLIMA . CREATVRA
HOC . SACELLVM
R.MO P. M. IO. ANTONIO . PHILIPPINO
TOTIVS . ORD. CARMELITARVM
VIGILANTISS. GENERALI
ANNVENTE
EX . CORDE . OFFERT . DEDICAT
ET . CONSECR AT
AN. DOM. M. DC. XLVIIII

84.
S. Martini ad Montes.
In crypta.

D. O. M.
HOC QVODCVMQVE SPECTAS INFERIORIS SVBSTRVCTIONIS
F. IO: ANT. PHILIPPINVS ROMANVS
POST SVPERIVS TEMPLVM NOBILITATVM EXCITAVIT ET ORNAVIT
VT EXTARET SVAE MONIMENTVM PIETATIS
ERGA D. D. SYLVESTRVM MARTINVM FABIANVM
STEPHANVM SOTHERVM ANASTASIVM INNOCENTIVM
SVMMOS PONTIFICES ALIOSQVE
QVORVM ET CORPORA HIC REPERIT ET OPEM SENSIT
DVM IN SVPREMA CARMELI ORDINIS PRAEFECTVRA
LVSTRATIS PER SVMMA PERICVLA
ITALIÆ GALLIÆ BELCII GERMANIAEQVE PROVINCIIS
SVAE NON PEPERCIT ANIMAE VT RESTITVTA RELIGIOSA DISCIPLINA
ADFERRET VNIVERSO ORDINI SPLENDOREM
QVEMADMODVM HVIC LOCO ATTVLIT IMPENSO PATRIMONIO
VBIQVE BENEMERENS ET GRATVS ANNO SAL. M. DC. LV.

Digitized by Google

85.

Ibidem.

Cum protome.

D. O. M.
HIC FVIT
IO: ANTONIVS PHILIPPINVS ROMANVS
TOTIVS ORDINIS CARMELI
GENERALIS ET DECVS
ECCLESIÆ HVIVS ORNATOR ET GLORIA
VTRIVSQ. AMOR ET DESIDERIVM
OMNIBVS EXEMPLVM
OBIIT DIE VII AVGVSTI MDCLVII

86.

Ibidem.

In eccleſiae pavimento.

D. O. M.
AETERNÆ MEMORIÆ
IO: ANTONII PHILIPPINI
GENERALIS CARMELITAR
CVIUS OSSA IN INFERIORI
HVIVS ECCLESIÆ PARTE
QVIESCVNT
G. P.
CVS VS
FR. FRAN. SCANAPIECO ROM.
HVIVS COENOBII PRIOR
ANNO DOMINI MDCLXV

87.

S. Mariae Reginae Coeli.

In pariete.

ANNA . COLVMNA . BARBERINA . PHILIPPI . COLVMNAE . FILIA
GENATANI . DOMINI . PALIANI . CASSIOLORVM . DVCIS
REGNI . NEAPOLITANI . MAGNI . COMESTABILIS
VXOR

Digitized by Google

VXOR . THADEI . BARBERINI . PRAENESTIS . PRINCIPIS
VRBIS . PRAEFECTI . VRBANI . OCTAVI . PONT . MAX . EX . FRATRE . NEPOTIS
FOEMINA . VIRILIS . ANIMI . MAGNITVDINE
PAR . FORTVNAE . FAMILIAE . DE . QVA . PRODIIT . ET . IN . QVAM . NVPSIT
HOC . TEMPLVM . SACRAMQVE . MONIALIVM . DOMVM . ORD. CARM. DISCAL.
IN . HONOREM . CAELI . REGINAE . A . FVNDAMENTIS . EREXIT
REDDITIBVS . ORNAMENTIS . AD . EXTREMVM . SVI . CORPORIS EXVVIIS
AMPLIFICAVIT
VT . QVAM . SVSPIRAVERAT . FRVSTRA . SORTEM
DIVINI . IN . COENOBIO . FAMVLATVS
HANC . PRO . SE . DICATAE . CAELO . VIRGINES . OBIRENT
COMPENSATVRAE . VNICVM . MVLTIPLICI . OBSEQVIO
ET . VNIVS . VITAE . MOMENTA . TEMPORVM . AETERNITATE

88.

Ibidem.

Humi.

D. O. M.
ANNA . COLVMNA . PHILIPPI . DVCIS
PALIANI . ET . MAGNI . COMESTABILIS . FILIA
THADÆI . BARBERINI . VRBANI . VIII
EX . FRATRE . GERMANO . NEPOTIS . VXOR
VRBIS . PRÆFECTISSA
INTER . HVIVS . SÆCVLI . VICES . QVIETIS . VLTIMÆ
MEMOR . IN . HOC . TEMPLO . SVIS . IMPENSIS . A
FVNDAMENTIS . ERECTO . TVMVLVM . SIBI . VIVENS
POSVIT . VT . IN . VIRGINALI . TEMPLO
CORPORI . SIC . ANIMÆ . IN . VIRGINALI SINV

Digitized by Google

PERPETVAM . QVIETEM · AVGVRATA
ANNO . DNI . M. DCLV. OBIIT . PRID. KAL,
NOV. MDCLVIII AET. SVAE . LVII

89.

Ibidem.

Sepulcrum cum aenea protome.

ANNAE . COLVMNAE . BARBERINAE
HVIVS . COENOBII . FVNDATRICIS . EFFIGIEM
QVAM . IN . AERE . SPIRANTEM . VIDES
NICOLAVS . BARBERINVS . CONGREGATIONIS . ORATORII
PRAESBYTER . FILIVS . ET . HAERES . POSVIT
IMAGINEM . ALTERAM . IPSA . VIRTVTIBVS . AETERNAVIT
RELIGIONE . PRVDENTIA . PVDICITIA . MATRONALI
GENTILIS . COLVMNAE . LAVDE . CONSTANTIA
ET . BENEFICENTIA . BARBERINA
SED . VIVAS . QVOQVE . IMAGINES . RELIQVIT . SVI
TVM . SACRAM . ET . PVRPVRATAM . TVM . PRINCIPATV
ET . SERENISSIMO . DIADEMATE . INSIGNEM . SOBOLEM . EXPRESSIORES
QVIA . SANGVINE . ET . EDVCATIONE . COLORATAS

90.

S. Caroli Catinariorum.

Humi.

MARIÆ VICTORIÆ
ANGELINÆ
VIRGINI SEPTVAGENARIÆ
CLERICI REG. S. PAVLI
ALVMNÆ RELIGIOSISSIMÆ
POSS.
M. DC. LIX

S. Ma-

Digitized by Google

91.

S. Mariae de Scala.

Humi.

D O M.
SEPTIMIO . CICCOLINO . ROM
I. V. D.
SOLERTI . CAVSARVM . IN . CVRIA
PATRONO
VERITATIS . APVD . OMNES
ASSERTORI
QVI . CVM . SIBI . PARCE . ANNIS . LXXXIII
VIXISSET
OPES . STVDIO . AC . LABORE . PARTAS
IN . VSVS . PIOS . MORIENS . EFFVDIT
ARCCHH. S. CRVCIFIXI . ET . SS. XII. APOST.
ET . MONIALES . S. LVCIAE . IN . SILICE
DE . VRBE . HAEREDES . GRATI . ANIMI
ERGO . POSVERE
ANNO . D. M. DC. LX

92.

S. Mariae in Coſmedin.

In porticu, cum imagine depicta.

D. O. M.
SEPTIMIO CICCOLINO ROMANO
IVRIS PERITIÆ DECORI
QVI
LEGVM INTERPRES ET VERITATIS AMATOR INTEGERR
AMICORꝶ DISCORDIAS ADEO PACATE COMPONEBAT
VT AD EVM TAMQVAM AD ORACVLVM
QVI LITIVM PRÆMEBANTVR ANGVSTIIS ACCEDEBANT
OPIBVS AD PIAS CAVSAS LEGATIS
ET IN ECCLESIA S. MARIÆ DE SCALA

SIBI

Digitized by Google

SIBI MONVMENTO ELECTO
OBIIT ROMÆ A. MDCLX. ÆT. SVÆ LXXXIII
ARCHICONFRR. SS. CRVCIFIXI SS. XII. APOSTOL.
ET MONIALES S. LVCIÆ IN SILICE HÆREDES
AD MAIORIS GRATITVDINIS SPECIMEN
ET VT OMNIBVS ORBIS NATIONIBVS
ROMANA PIETAS IN CIVIBVS MAGIS ELVCESCAT
HOC IN TEMPLO ETIAM APPONI CVRARVNT
ANNO IVBILEI MDCLXXV.

93.
S. Silveſtri in Capite.

In pariete.

OBLIGHI
CHE TENGONO LE REV. MONACHE DI S. SILVESTRO DE
CAPITE DA OSSERVARSI NELLA LORO CHIESA
PER LA CAPPELLA DELLI SIG. COLONNESI
VNA MESSA OGNI GÑO IN PERPETVO
PER LA CAPPELLA DEL SIG. MARCELLO
ODESCHI VNA MESSA IL GIORNO IN PERPETVO
ET VN ANNIVERSARIO L' ANNO
PER LI SIG. RANNIERI VNA MESSA OGNI
GIORNO IN PERPETVO
PER LE NRE MONACHE DEFONTE VNA MESSA IL
GIORNO IN PERPVO E CIO SE OTTENVTO DA N. S.
PAPA VRBANO OTTAVO NEL MDCXXXX
PER LA CAPPELLA DEL VESCOVO DI GRAVINA
VNA MESSA LA SETTIMANA IN PERPETVO
PER IL SIG. GIVLIO TETELLINI VNA MESSA LA
SETTIMANA IN PERPETVO

PER

Digitized by Google

PER LA CAPPELLA DI D. MATTEO LAVRENI DVE
MESSE LA SETTIMANA IN PERPETVO
PER IL SIG. ANNIBALE CARATERI VN ANNIVERSARIO
L'ANNO IN PERPETVO LI XII. SETTEMBRE
PER FRA. GASPARO OLGIATI FRATE DI S. SPIRITO
VNA MESSA OGNI VENERDI SECONDO LA SVA
INTENZIONE IN PERPETVO
PER SOR DEODATA MONICA TRE MESSE IL MESE
ET VN ANNIVERSARIO L'ANNO
PER IL SIG. MARCHESE VGO PEPOLI VNA LAMPADA
PERPETVA ACCESA E QVATTRO MESSE
L'ANNO ALLA TESTA DI S. GIOVANNI BATTA
ISTROMENTO ROGATO AL CESI LI XXI GIVGNO MDCXXVII
PER IL SIG. MARTIO MAVRI VNA MESSA LA SETTIMANA
IN PERPETVO ISTROMENTO ROGATO AL FIORELLI
SVCCESSORE DEL CESI LI XXVI MARZO M. DC. LXI.
PER IL SIG. LVDOVICO GRATIA VENTI MESSE
IL MESE IN PERPETVO
PER IL Q. D. BERNARDINO VITAZZI VNA MESSA L'ANNO
NEL DI XXV. FEBRARO
CO
PER IL Q. D. FRA. ANTONIO CIAMEI MESSE TRENTA L'ANNO

94.
S. Caeciliae.
Humi.

D. O. M.
SANCTIMONIALIVM
DIVI BENEMICTI
HIC

OS-

Digitized by Google

OSSA
CARNIS
RESVRRECTIONIS
EXPECTANT
ANNO DNI MDCLXV

95.

S. Mariae de Monte Sancto.

Humi.

D. O. M.
FRANCISCO DARDO
I. V. D.
CIVI ROMANO
FRATRES HVIVS
CÆNOBII EX SEMISSE
HÆREDES MONVMENTVM
POSVERE OBIIT XIII. KALENDAS
OCTOBRIS M.D.C.LXVII ÆTATIS
SVÆ LVII

96.

S. Caeciliae.

Humi.

D. O. M.
ELISABETHÆ RVGERIÆ
DVLCISSIMÆ GENITRICIS
VIRTVTIBVS QVAM FOETIBVS
FOECVNDIORIS
A QVA VIVENTE
VIX VNQVAM DIVVLSA EST
NE MORIENS LOGIVS ABESSET
D. CATHERINA ELIONORA

MO-

Digitized by Google

MORICONA
S. CECILIÆ MONIALIS
VTINAM PROBITATIS HÆRES
OSSA HEIC MOERENS POSVIT
AN. SAL. MDC. LXVII

97.
S. Crucis in Via Lungaria.
Humi.

D O M
BEATRIX BALENA
RELICTO . SAECVLO
ET . NATIVO . NOMINE
SOROR . ANNA . MARIA
IN . RELIGIOSO . HABITV
NVNCVPATA
PRO . SE . AC . SVIS
SORORIBVS . MONIALIBVS
HOC . SEPVLCRVM
PRAEPARARI . CVRAVIT
ANNO . SALVTIS
MDCLXXII

98.
S. Mariae Tranſpontem.
In pariete.

D. O. M.

ILL.MVS ET REV.MVS FR. D. MATTHÆVS ORLANDVS QVI PRIOR GENERALIS
RELIGIONIS CARMELIT. EXISTENS POSITO SVIS MANIBVS PRIMO LAPIDE
INCOEPIT CONSTRVERE PRIMARIVM ALTARE HVIVS ECCLESIÆ S. M.

Digitized by Google

TRANSPONTINE EIVSDEM ORDINIS DIE XI. APRILIS ANNO DNI
M. DC. LXXIV. ILLVD OPERA SVA MAGNIFICE ABSOLVTVM
IPSE IAM INAVGVRATVS EPISCOPVS CEPHALVDENSIS
REGIÆ CATHOLICÆ MAIESTATIS CONSILIARIVS
SOLEMNI RITV CONSECRAVIT DNICA IV. ADVENT. DIE XXIII. DECEMB EOD. AN. EXEVNTE
RITE IBIDEM COLLOCATIS RELIQVIIS S. S. DEODATI FELICISSIMI ET INNOCENTII MM
ITEM S. S. AGNETIS ET LVCILLÆ VIRGINVM ET MARTYRVM
PERACTISQ. SACRIS CÆREMONIIS AD EANDEM ARAM MISSAM DE ALTARIS
CONSECRATIONE IVXTA PRÆSCRIPTAM ECCLESIÆ FORMAM CELEBRAVIT
IN CVIVS FACTI ET GRATI ANIMI MONVMENTVM
FRES CARM. LAPIDEM ISTVM POSS. ANNO DOMINI MDCLXXVIII

99.

S. Mariae Conceptionis Vipereſcarum.

In pariete, cum imagine depicta.

D. O. M.
LIVIÆ ROMANÆ
VIPERESCA ET ARAGONIA NOBILITATE
ILLVSTRI
QVÆ VIRGINITATEM SEDVLO RECOLENS
PAVPERIBVS PVELLIS CVSTODIENDAM
SVI IPSIVS EXEMPLO COMPROBANS
EARVMDEM ORATIONIBVS TEMPLVM
PVDICITIÆ CONSERVATORIVM
NECESSITATIBVS REFVGIVM
SVB AVSPICIIS PVRISSIMIS
IMMACVLATÆ CONCEPTIONIS
VIVENS
EREXIT DOTAVIT INSTITVIT

MO-

Digitized by Google

MORIENS
VNIVERSA DONAVIT HEREDITATE
PAVPERRIMÆ VIRGINES CONCEPTIONIS
MAGISTRÆ SPIRITVS INDEFESSÆ
PROVIDÆ ET AMANTISSIMÆ MATRI
MVNIFICENTISSIMÆ FVNDATRICI
INGENTIS BENEFICII MEMORES
EXIGVVM HOC AMORIS ET DOLORIS MONVMẼ
OBSEQVENTISSIMÆ POSVERVNT
ANNO IVBILEI IDCLXXV (ſic)

100.

S. Laurentii in Piſcibus.

In pariete.

ILL.MO ET EXC.MO DOMINO
FEDERICO IOSEPHO ANGELO PETRO DONATO CAESIO
AQVITANO EX COMITIBVS ARNVLPHIAE
DVCI AQVAE SPARTAE AC SILICIS ETC.
QVI SVA INGENITA ET HÆREDITARIA MAIORVM SVORVM
PIETATE MOTVS
CLERICIS REG. PAVPER. MATRIS DEI SCHOLARVM PIARVM
PERVETVSTAM HANC AEDEM SACRAM D. LAVRENTIO DE PISCIB.
APOSTOLICO DIPLOMATE DONO DEDIT
ANNO M. D. C. LXIII
ET SACELLVM MAIVS D. IOSEPHO SS.Æ DEI GENITRICIS SPONSO
ERECTVM EX VOTO ORNAVIT
ANNO MDCLXXIII
PRAEFATI RELIGIOSI MONVMENTVM GRATI ANIMI
POSVERVNT
ANNO IVBILAEI M. D. C. LXXV

101.

SS. Silveſtri, & Martini in regione Montium.

In fronte eccleſiae.

FRANCISCVS SCANNAPICO (ſic) ROMANVS MAG.
GENERALIS CARMELITARVM A. D. MDCLXXVI

102.

Ibidem.

In crypta cum protome.

D. O. M.
FR. FRANCISCVS SCANNAPIECO ROMANVS
ORDINIS CARMELITARVM
INCHOATAM A P. PHILIPPINO TĒPLI HVIVS
INSTAVRATIONEM PROMOVIT
PRIOR PER ANNOS XIII ET GENERALIS
PER BIENNIVM
OBIIT DIE XXX AVGVSTI
M. DC. LXXVI

103.

Ibidem.

Humi.

D. O. M.
FVLVIÆ PVCCETTII ROMANÆ
INSIGNIS PRVDENTIÆ
NEC NON
EXIMIÆ IN PAVPERES CHARITATIS
MATRONÆ
D. VINCENTIVS AGRIPPA MON. COELN̄VS
MATRI VNICE CARÆ
HOC MOERENS
P.

FI-

Digitized by Google

FILIALIS OBSEQVII MONVMENTVM
VIXIT ANN. LXXIV
OBIIT PRID. KAL. OCT.
M. DC. LXXVIII

104.

S. Mariae in Campitelli.

Humi.

PORTIAE VRSINAE ROMANAE MARCHIONISSÆ PENNÆ
MAHERBALIS DVCIS POLYMARTII
EX MAGDALENA NOBILIA FILIÆ
QVÆ PETRO MAZZARINO VIRO SVO ORBATA
DIVTVRNA VIDVITATE RELIGIOSISSIME EXACTA
OB EXIMIAM ERGA IMAGINEM S. MARIÆ IN PORTICV PIETATEM
CLERICOS REG. CONGR. MATRIS DEI
EIVSDEM IMAGINIS CVLTVI ADDICTOS
HEREDES EX ASSE RELIQVIT
IIDEM CLERICI REGVLARES
OBSEQVENTISSIMI ANIMI MONVMENTVM PP.
VIXIT ANNOS LX OBIIT M. DC. LXXXI

105.

S. Annae Monialium O. S. B.

Humi.

D O M
IN HOC SEPVLCHRO
MONIALES SANCTÆ ANNÆ
S. PATRIS BENEDICTI FILIÆ
DEIPARÆ VIRGINIS FAMVLÆ
AD
DEIPARAM VIRGINEM ET DOMINAM
ITVRÆ
QVIESCVNT

SAN-

Digitized by Google

SANCTAM RESVRRECTIONEM
SPERANTES
ANNO SALVTIS
M. DC. LXXXII

106.

Ibidem.

Humi.

OSSA
MONIALIVM SANCTAE ANNÆ
HIC
VSQVE AD ANNVM M. DC. LXXXII
SEPVLTA.

107.

S. Marthae.

In coenobii interiori pariete.

LA S. ANNA MARIA GISLENI DONO'
L.XX. MONT. RIS. P.° PER VNA CAPPELLANIA
AMOVIB. DI SCV. XXXX AN. PER VNA
MESSA QVOTID. ET ANNIVERS. ET MESSE
DI REQVIE ANNVAT. CON LE CONDIT.
CONTENVTE NELL' ISTROM. ROG. DA SIMON.
CONTI NOT. CAP. IL P.° MARZO MDCLXXXIIII
ET NEL BREVE D' INNOC. PP. XI
ESISTENTE IN NOSTRO ARCHIVIO.

108.

S. Mariae Humilitatis.

Ad aram Crucifixi ad dexteram.

SOROR ANNA SERAPHINA
COLVMNA
EX RVVIANI DOMINIS

Ibi

Digitized by Google

109.
Ibidem.
Ad laevam.

REPARATAE SALVTIS
ANNO
MDCLXXXV.

110.
S. Mariae de Aracoeli.
Humi.

C. S. D
HIC CVM
HELENA MVCCIA SAVINI
MATRE SVA DILECTISSIMA
ANNO MDCLXIX E VIVIS SVBLATA
SITVS EST
FR. IGNATIVS SAVINI ROMANVS
LEOPOLDI I. IMPERATORIS
CONCIONATOR THEOL. ET CONSIL
OMNIVM EVROPÆ PRINCIPVM AMOR
HVIVS CONVENTVS EXGVARDIANVS
BENEFICENTISSIMVS
ROMANÆ PROVINCIÆ MINISTER
ORD. MINORVM OBSERVANTIVM S. FRANCISCI
GLORIA SPLENDOR ET ORNAMENTVM
CONCIONATORVM NOSTRI OEVI MIRACVLVM
PREDICATOR
CITRA ÆTATEM SVPRA INVIDIAM
VLTRA EXPECTATIONEM
CLARISSIMVS
QVI AD LABORVM PRÆMIVM
DIE XXI OCTOBRIS MDCLXXXIX

ÆTA-

Digitized by Google

ÆTATIS SVÆ LVIIII
BREVIS VOCE MORBI VOCATVS EST
AMICO IONATHÆ
FR. MICHAEL ANGELVS FAROLFVS DE CANDIA
EIVSDEM ORD. ET PROV. PATER
SS. D. N. PAPÆ ALEXANDRI VIII
CONCIONATOR APOSTOLICVS
MOERENS DAVID
P.

III.

S. Catharinae Senenſis.

In ſacrarii pariete.

AD MAIOREM DEI AC BEATÆ MARIÆ SEMPER VIRGINIS
GLORIAM ET HONOREM

AGNES FILIA BON. MEM. BARONIS FERRANTIS PICCOLOMINEI, VIDVA RELICTA BON. ME. MICHAELIS ANGELI TESTE PATRITIA ROMANA DONO DEDIT

SACRARIO HVIVS MONASTERII S. CATHERINÆ IN MONTE MAGNANEAPOLI SCVTA SEPTINGENTA MONETE CVM ONERE CELEBRARE FACIENDI DVAS MISSAS

PERPETVAS QVALIBET HEBDOMADA IN ALTARE PRIVILEGIATO EIVSDEM ECCLESIÆ S. CATHERINÆ VNAM SCILICET DIE MERCVRII DE BEATA

MARIA VIRGINE ALTERAM VERO

DIE VENERIS DE PASSIONE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI

INCIPIEN. DIEBVS MERCVRII ET VENERIS PRIMÆ HEBDOMADÆ MENSIS MAII ANNI M. DC. XC. ET SIC IN PERPETVVM

IVXTA TENOREM EXPRESSVM IN INSTRVMENTO DE LICENTIA SACRÆ CONGREGATIONIS CONCILII IN ACTIS

DOMINICI BONANNI DE GARGIOLIS CVRIÆ CAPITOLII NOTARII

SVB DIE VNDECIMA APRILIS M. DC. XC. ROGATO ET CONFIRMATO PER

BREVE SPECIALE SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI PAPÆ
ALEXANDRI VIII.

S. Eu.

Digitized by Google

112.

S. Euſebii.

In pariete.

PERVETVSTAS D. EVSEBII CŌFESSORIS ÆDES
PRIMVM IPSI IN CARCEREM
MOX IN TEMPLVM COMMVTATAS
VETERI SQVALORE DELETO
IN HANC VENVSTIOREM FORMAM REDEGIT
BENEDICTINA CŒLESTINORVM FAMILIA
AN. DOM. M. DC. XCI.

113.

In templo Nomini Mariae dicato.

In ſacrarii pariete.

REVERENDÆ MONIALES
SANCTÆ SVSANNÆ VRBIS
CVM LICENTIA SVPERIORVM CONCESSERVNT
VENERABILI ARCHICONFRATERNITATI
SANCTISSIMI NOMINIS MARIÆ
ECCLESIAM HANC ET DOMVM SITAM
IVXTA ILLAM
SIBI RESERVATIS PROPRIETATE
ATQVE ANNVO PERPETVO CANONE
SCVTORVM QVADRAGINTA QVINQVE
PER ISTRVMENTVM ROGATVM
PER ACTA BONANNI NOTARII CAPITOLINI
DIE XXX. SEPTEMBRIS M.DC.XCIV.

Digitized by Google

114.

S. Pauli in regione Arenulae.

Humi.

D. O. M.
ANNA MARIA RVGGIA ROMANA
VXOR D. MICHAELIS CARDANI
ANIMO DELIBERATO DONAVIT
LOCA DECEM
MONTIVM CAMERALIVM NON VACABILIVM
VEN. ECCLESIÆ RR. PP. S. PAVLI
AD ARENVLAS
CVM ONERE IN PERPETVVM EXPONENDI
VEN: EVCHARISTIÆ SACRAMENTVM
DIE MARTIS CVIVSLIBET HEBDOMADÆ
HORA XXII. IN ALTARI S. ANNÆ
AD TENOREM INSTRI DONATIONIS ROGATÆ
PER ACTA CAIOLI NOTARII CAPLINI
DIE XII MAY MDCLXXXXV
NEC NON
IVRE LEGATI RELIQVIT EIDEM ECCLESIÆ
ET PATRIBVS
SCVTA BISCENTVM
CVM ONERE PERPETVO EROGANDI FRVCTVS
IN ACCENSIONE LAMPADIS IN CAPPELLA SMÆ
VIRGINIS DEIPARÆ MARIÆ
IN EADEM ECCLESIA EXISTENTE
E
EX DISPOSIT TESTARIA EIVSDEM
ROGATA PER ACTA DICTI CAIOLI
DIE XII DECEMBRIS M. DC. LXXXXVIII

S. Sil-

Digitized by Google

115.

S. Silveſtri in Capite.

Humi.

MVNIFICA MONASTERII AC MONIALIVM MANV
R. M. SOROR CLARA MARIA CAVSEA
ABBATISSA REGENS
DILIGENS DECOREM DOMVS DEI
PRÆCLARÆ HVIVS ECCLESIÆ
CAPPELLAS
VELVTI CÆLESTES TVRRIS IERVSALEM
AVRO PICTVRIS SCALPRO
ORNAVIT DITAVIT PERFECIT
ANNO REPARATÆ SALVTIS
M. DCXCVI

116.

In templo Ludoviſiano.

In pariete.

D O M
CONSTANTIÆ PAMPHILIÆ LVDOVISIÆ
PLVMBINI ET VENVSIÆ PRINCIPI
ZAGAROLI ET FIANI DVCI
INNOCENTII X. EX FRATRE NEPTI
GREGORII XV. AFFINI
QVOD PONTIFICIÆ VTRIVSQ. FAMILIÆ
PIETATEM ERGA B. IGNATIVM
AC STVDIVM ERGA HOC SOC. IESV COMPLEXA
TEMPLVM HOC HÆREDEM RELINQVERIT
COLLEGIVM ROMANVM
GRATI ANIMI MONVMENTVM POSVIT
ANNO DOMINI
MDCXCVIII

Digitized by Google

117.

S. Franciſci de Sales.

In pariete.

D O M
IOANNES DOMINICVS TRANSI
CIVIS ROMANVS IVRIS VTRI
VSQVE DOCTOR SINGVLARI IN
DEVM PIETATE IN PAVPERES
CHARITATE CÆTERISQVE ANI
MI VIRTVTIBVS DECORATVS HIC
IACET CVIVS MEMORIA ERIT Æ
TERNA APVD MONIALES MONAS
TERII VISITATIONIS SANCTÆ MA
RIÆ HÆREDES EX TESTAMENTO
INSTRVCTO PRIVS DVM VIVERET
SACELLO DIVO FRANCISCO SA
LESIO CVM MISSA QVOTIDIANA
PERPETVA AD EIVS ALTARE CELE
BRANDA. OBIIT SEXAGENARIVS
VLTRA MENSES OCTO DIESQVE
SEPTEM DECIMO QVARTO KALEN
DAS IANVARII MDCC
MARIA CÆLESTIS ET FRANCISCA
MARGARITA TRANSI SORORES
PROFESSÆ EIVSDEM ORDINIS
SALESIANI PARENTI OPTIMO
DOLORI SVPERSTITES
MONVMENTVM PONI CVRARVNT

S. Lau-

Digitized by Google

118.
S. Laurentii in Piſcibus.
Humi.

PRO DEVOTIS
S. NICOLAI
ANNO MDCCI
ARBITRIO SVO
RELIGIO
SCHOLARŒ PIARVM

119.
S. Catharinae Funariorum.
In ſacrario.

D. O. M.
PETRVS BALTHASSAR GRISCIANVS ROMANVS
MORTIS MEMOR
AD EXTREMAM SVÆ VITÆ DIEM
SOLEMNI SACRIFICIO
PRIVATO TAMEN QVALIBET SECVNDA FERIA
PERPETVO RECVRRENDAM
ASSIGNATIS EX TABVLIS ROSSELLII NOT. CAPIT.
LOCIS QVINQVE MONTIVM
VENERABILI MONASTERIO S. CATHARINÆ DE ROSA
MEMORIÆ LAPIDEM SIBI VIVENS POSVIT
ANNO D̄N̄I MDCCIII.

120.
S. Silveſtri in Capite.
In atrii porticu.

D O M
EXTREMVM SACRI TEMPLI PROSPECTVM
MARIA ARCHANGELA DE MVTIS

ABBA-

Digitized by Google

ABBATISSA VIGILANTISSIMA
TERTIO SVI REGIMINIS ANNO MDCCIII
MONASTERII PROVENTIBVS
CONSTRVXIT DECORAVIT
VT GENTES LAVDENT IN PORTIS
OPERA DOMINI

121.

S. Mariae Conceptionis in Campo Martio.

In atrii pariete.

CLEMENTI XI. P. O. M.
QVOD
DIE NATIVITATIS B. VIRGINIS MDCCIV
ET SS. ANNVNCIATIONIS MDCCXI
SACRAMENTVM PRO XXXX. HORARVM ORATIONE
IVXTA ANTIQVAM HVIVS MONASTERII CONSVETVDINEM
QVINQVE CONSEQVENTIBVS A FESTO S. BENEDICTI DIEBVS
EXPOSITVM
VENERATVRVS ACCESSERIT
INTERIOREM ECCLESIAM VISITAVERIT
ET MONIALES INDVLGENTIARVM THESAVRIS
AVXERIT ET CVMVLAVERIT
D. CLARA MARIA PICCOLOMINEA
IN VTROQVE ACCESSV ABBATISSA
TANTÆ DIGNITATIS MEMOR
LAPIDEM HVNC ERIGENDVM CVRAVIT

122.

Ibidem.

Supra interioris eccleſiae januam.

TEMPLVM HOC INTRA
CLAVSTRA INCLVSVM PRIMITVS PVBLICO

CVL-

Digitized by Google

CVLTVI OPERTVM PARVM VETVSTATE
FIRMVM RENOVATIS ALTARIBVS IN
QVIBVS CVM SACRIS RELIQVIIS VASA
QVINQVE GRÆCIA
A PRIMIS MATRIBS (ſic) TRANSPORTATA
PROVT IN CHRONICA
REPERTA ET RESTITVTA SVNT
FVIT ANNO DOMINI
MDCCXI
MENS (ſic) IVLIO
INSTAVRATVM ATQVE
ORNATVM
ABBATISSA D. LAVINIA·GOTTIFREDI
ET CAMERARIA
D. AGATHA VITORIA (ſic) DE GRASSI

123.

Ibidem.

Ad urnam S. Gregorii.

ANNO SALVTIS
NOSTRÆ MDCCXI
IN ABBATISSATV D.
LAVINIÆ GOTTIFREDI
RESTAVRATA FVIT.
INTERIOR ECCLESIA D.
GREGORIO NAZIANZENO
DICATA. ET SVB ALTARE IVDICII
REPERTVM FVIT HOC VAS VNA
CVM RELIQVIIS. QVÆ IBI ABSQVE
VLLA. AVTHENTICÆ INDICATIONE
SERVANTVR EODEMQVE MODO
SVB HAC VRNA POSITVM.

S. Jo.

Digitized by Google

124.

S. Joſephi in regione Montium.

Humi.

D O M

A
IO BAPTISTA DE CVRTIS DVCISSA DE CAFFARELLIS
IO. PETRI DVCIS ASSERICI ETC. RELICTA
INTER EGREGIAS ANIMI DOTES
SINGVLAREM ADEO PIETATEM
IN S. MATREM THERESIAM
EIVSQVE HVIVS MONASTERII
FILIAS PROFESSA EST
VT APVD ISTAS
QVIBVS VIVENS SOCIARI ENIXE EXOPTAVIT
MORIENS DEPONI VOLVIT
MVNIFICENTISSIMO LEGATO ADIECTO
ANN. NATA LXXIX
OBIIT XXI. APRIL.
A D. MDCCXIII
Æ Æ
MONIALES CARM EXCALC HVIVS MONASTERII
HOC GRATI ANIMI MONVMENTVM
PONI CVRARVNT

125.

S. Franciſci ad Ripam.

Humi.

D. O. M.
D. PETRO CARCARASIO NOBILI ROMANO
ÆTATIS SVÆ ANN. LXXXVI.
QVI SVORVM MAIORVM ÆMVLANS

PIE-

PIETATEM
VENERABILEM LOCV PIVM
S. EVPHEMIÆ DE VRBE
HÆREDEM RELIQVIT
D. ÆGIDIVS
BERNARDINI
EXECVTOR
TESTAMENTARIVS
MONVMENTVM POSVIT
ANNO SALVTIS
MDCCXVI

126.

S. Pantaleonis.

In pariete ad aram Crucifixi.

RELIQVIÆ
PLVRIVM SANCTORVM
PIETATE AC STVDIO
ANGELI FRANCISCI DE
PERRONIS OLIM COLLECTÆ,
ECCLESIÆ S: PANTALEONIS
SCHOLARVM PIARVM
A IOSEPHO MARIA, ET NICOLAO
DE PERRONIS EIVS FILIIS, ET
HÆREDIBVS ROMANIS
DONO DATÆ ATQVE IN HAC
SANCTISSIMI CRVCIFIXI
ARA CONDITÆ
ANNO MDCCXVI

Digitized by Google

127.

S. Mariae vulgò delle Fornaci.

Ad coenobii januam.

COLLEGIVM . APOSTOLICVM . PRO
MISSIONIBVS . ORDINIS . P. P. DISCAL'
CEATORVM . S. S. TRINITATIS . REDEMPTI
ONIS . CAPTIVORVM . MDCCXXI

128.

S. Juliani Carmelitarum.

Humi.

DOMVS SECVNDA
DONEC TERTIA
MDCCXXIII.

129.

S. Pantaleonis.

Humi.

D. O. M.
IOSEPHO GVINETTO ROMANO
QVI SINGVLARI FIDE ET PROBITATE
VARIA QVÆSTVRÆ MVNERA
PRO CAMERA APOSTOLIÇA OBIVIT
OB PECVLIAREM VENERATIONEM
ERGA HANC IMAGINEM
SS. VIRGINIS MARIÆ
HIC SEPELIRI VOLVIT
CL. REG. SCHOLARVM PIARVM
SEX MILLE SCVTATIS EX PINGVIORI
LEGATO PERCEPTIS
HOC GRATI ANIMI MONVMENTVM
OBIIT V. IDVS IANVARII
MDCCXXIV

S. Su-

Digitized by Google

130.

S. Suſannae.

Humi.

D. O. M.
BERNARDINO PERTI
DIE X IANVARY MDCCXXIII
VITA FVNCTO
D. M.[a] FLORIDA PERTI
HVIVS CŒNOBII MONIALIS
PATRI AMANTISSIMO
MOERENS POSVIT
ANNO MDCCXXVII
VIX. AN. LXXVIII

131.

S. Silveſtri in Capite.

In pariete.

ANGELA REGINALDA INCORONATI
VIGILANTISSIMA HVIVS MONASTERII ABBATISSA
AD ZELANDVM DOMVS DOMINI
DECOREM ELECTA
PRIMO SVI REGIMINIS ANNO
MAIORIS MINORISQVE INGRESSVS FORNICES
NVLLV PRIVS CVLTV DECORATOS
NE PARS VLLA NOBILISSIMI TEMPLI
VACARET HONORE
MAGNO OPERIS SPLENDORE PERFECTOS
ORNARI IVSSIT
ANNO DOMINI M. DCC. XXVIII.

Digitized by Google

132.

S. Margaritae.

In pariete.

D. O. M.
AN. DNI MDCCXXVIII. V. KAL. NOVEMB.
R. P. D. MICHAEL CAROLVS COMES AB ALTHAN
ARCHIEP. BAREN': ET CANVSIN':
CVRANTE SORORE CANDIDA MARIA POSTHVMI SACRARIO PRÆFECTA
ECCLESIAM HANC EIVSQVE ALTARE MAIVS
VNA CVM MINORI AD LATVS SINISTRVM
TEMPLVM INTROENTIBVS ERECTO
SOLEMNI RITV DEDICAVIT
TANTÆ MEMORIA CELEBRITATIS
QVAM IDEM RECOLENDAM QVOTANNIS IVSSIT XVI. KAL. OCTOBRIS
NE POSTEROS LATERET
SOROR FÆLIX MAGDALENA SELVAGGI ABBATISSA
HOC LAPIDE CONSVLVIT

133.

S. Mariae Conceptionis in Campo Martio.

In atrii pariete.

TEMPLVM HOC
IN HONOREM BEATÆ MARIÆ VIRGINIS
SINE LABE CONCEPTÆ
LOCO ALTERIVS VETVSTISSIMI COLLABENTIS
ANNO MDCLXXXV A FVNDAMENTIS
EXCITATVM
THOMAS CERVINVS HERACLEAE EPISCOPVS
VICES GERENS
SOLEMNI RITV CONSECRAVIT
DIE XX OCTOBRIS AN. MDCCXX
CVRA ET SVMPTIBVS EVGENIÆ MARIÆ FARSETTI
HVIVS MONASTERII ABBATISIÆ
ANNO VERO MDCCXXX

EIVS-

Digitized by Google

EIVSDEM CONSECRATIONIS FESTVM
IN DIEM IX. DECEMBRIS
TRANSLATVM
A SVMMO PONTIFICE CLEMENTE XII
PLENARIA INDVLGENTIA
CVMVLATVM FVIT.

134.

SS. Coſmae, & Damiani in Foro boario.

Humi.

D. O. M.
MARTHÆ AMILCHARI ROMANÆ
EXIMIÆ PRVDENTIÆ ET PIETATIS FŒMINÆ
QVOD IN EIVS DEVOTIONIS
QVA VIVENS HANC BASILICAM COLVIT
POST OBITVM ETIAM DVRATVRÆ
ARGVMENTVM
SCVTA QVINGENTA
PRO ANNVA LXV MISSARVM CELEBRATIONE
NEC NON ALIA SCVTA SEXCENTA
PRO PVBLICA SS.MÆ EVCHARISTIÆ SACRAMENTI
EXPOSITIONE
QVALIBET HEBDOMADA PERPETVO FACIENDA
IN DIVI ANTONII DE PADVA HONOREM
EIDEM ECCLESIÆ EX TESTAMENTO RELIQVERIT
FRA FRANCVS ANTVS AMILCHARI ROMANVS
TERTII ORDINIS S. FRAN. PROFESSVS
NEPOS ET HÆRES
AMITÆ PIISSIMÆ ATQVE AMANTISSIMÆ
HIC RESVRRECTIONEM EXPECTANTI
GRATI ANIMI POSVIT
MONVMENTVM
OBIIT QVINTO NONAS MAII MDCCXXXI
ÆTATIS SVÆ ANN. LXV

S. Ma-

Digitized by Google

135.

S. Mariae Conceptionis in regione Montium.

Humi.

D. O. M.
MARIA ELEONORA ROSPIGLIOSIA GHISIA
FARNESY PRINCEPS
PIETATE ERGA DEVM
MVNIFICENTIA ERGA PAVPERES
SINGVLARI
MONASTERII HVIVS
DVM VIVERET AMANTISSIMA
HIC MORIENS TVMVLARI VOLVIT
OBYT NONIS DECEMBRIS
ANNO DOMINI MDCCXXXIV
ÆTATIS LII

136.

S. Auguſtini.

Humi.

D. O. M.
CATHARINÆ PEGNI
RELIGIOSI CONVENTVS
S. AVGVSTINI DE VRBE
EX TESTAMENTO HÆREDES
IN MONVMENTVM GRATI ANIMI
POSVERE
ANNO MDCCXXXIV

137.

S. Laurentii in Piſcibus.

In pariete.

D. O. M.
MICHAELI ANGELO CEFANASSIO CIV. ROM.

CLER.

Digitized by Google

CLER. REG. PAVP. MATRIS DEI SCHOL. PIARVM
AMANTISSIMO
QVOD VIVENS
NON MODVM HVIVS ECCLESIÆ PORTICVM
SPLENDIDIVS A FVNDAMEN. RESTITVERIT
SED IN NOVVM ADIACENTIS DOMVS ÆDIFICIVM
DC. NVMMOS ARGENTEOS LIBERALITER CONTVLERIT
YDEM CLER. REG.
BENEFACTORI SVO MERITISSIMO
M. PP.
AN. DNI MDCCXXXVI.

138.
Ibidem.
Humi.

D. O. M.
MICHAELI ANGELO CEFANASSIO
CIVI ROMANO
P. P. SCHOLARVM PIARVM
AD G. A. M. P.
OBYT ÆTAT AN. LXXIX
AN. DNI MDCCXXXVII

139.
Ibidem.
Humi.

D. O. M.
DOMINICO BLASY ROMANO
QVOD SINGVLARI PIETATE
SACELLVM
B. MARIÆ VIRGINIS
ELEGANTIVS ORNAVERIT
HOC SEPVLCHRVM

PRO

Digitized by Google

PRO SE ET SVIS
PP. SCHOLARVM PIARVM
AD
G. A. M.
CONCESSERVNT
AN. DOMINI MDCCXXXVII.

140.

S. Johannis Calabytae.

In pariete.

TEMPLVM HOC
SVB CVIVS ARA MAXIMA
QVIESCVNT CORPORA
D. IOANNIS CALABITÆ ROMANI
EIVSDEM TEMPLI
OLIM PATERNÆ DOMVS PATRONI
SS. MARTYRVM
MARII MARTHÆ AVDIFACIS ABACHVM
HIPPOLYTI TAVRINI ET HERCVLANI
MAGNIFICENTIVS ET ELEGANTIVS
INSTAVRARVNT
FF. ORDINIS S. IOANNIS DE DEO
ANNO DOMINI MDCXLI

141.

S. Sabinae.

Humi.

MA. CATARINA PORTOCHESI
VIRGO ROMANA
TER. ORD. S. DOMINICI
VIX AN LVII MEN X. DI. XXIV
OBIT (ſic) ANNO MDCCXXXXIV
XIX IVL. HIC IN P. Q.

S. Fran-

Digitized by Google

142.

S. Franciſci ad Ripam.

In pariete.

ANNO DOMINI MDCCXLVI
DIE XVII SEPTEMBRIS
SACRORVM CHRISTI STIGMATVM
IN CORPORE S. P. N. FRANCISCI
IMPRESSIONI DICATA
RMVS DOMINVS IN CHRISTO PATER
MICHAEL MARIA DE VINCENTINIS
ARCHIEPISCOPVS THEODOSIÆ
ALTARE HOC
PLVRIVM BENEFACTOR. ELEEMOSYNIS
R. P. F. ALEXII A ROMA PROCVR. GENLIS
STVDIO ET INDVSTRIA COMPARATIS
IN HONOREM EIVSDEM SANCTI PATRIS
OPERE LAPICIDIO ITERVM EXTRVCTVM
SOLEMNITER CONSECRAVIT
AC INDVLG. IN FORMA ECCLES. CONSVET.
IPSVM EADEM DIE DEVOTE VISITANTIB.
CONCESSIT

143.

S. Mariae de Purificatione.

In pariete.

VRBIS DECRETVM

AD HVMILLIMAS PRECES MODERNÆ ABBATISSÆ ET MONIALIVM MONASTERII

PVRIFICATIONIS B. M. V. IMMACVLATÆ DE VRBE SSMVS

DNVS NOSTER BENEDICTVS P. P. XIV. VOLENS ECCLESIAM PRÆFATI MONASTERII, IN QVA ALIVD ALTARE, VEL IN PERPETVVM VEL AD

Digitized by Google

TEMPVS NONDVM ELAPSVM SIMILI PRIVILEGIO DECORATVM, FORSAN
REPERITVR, QVOD PER PRÆSENS DECRETVM REVOCAVIT, ET IN EA SITVM
ALTARE MAIVS HOC SPECIALI DONO ILLVSTRARE VT QVANDOCVMQVE
SACERDOS ALIQVIS SECVLARIS, VEL REGVLARIS MISSAM PRO ANIMA IP
SARVM MONIALIVM, EARVMQVE CONSANGVINEORVM ET AFFINIVM IN
PRIMO, ET SECVNDO GRADV INCLVSIVE, NEC NON MONASTERII PRÆFATI
BENEFACTORVM, QVÆ DEO IN CHARITATE CONIVNCTA AB HAC LVCE
MIGRAVERIT DIE COMMEMORATIONIS OMNIVM FIDELIVM DEFVNCTO
RVM AC SINGVLIS DIEBVS INTRA ILLIVS OCTAVAM, FERIAQVE SECVNDA
CVIVSLIBET HEBDOMADÆ AD PRÆDICTVM ALTARE CELEBRABIT, ANI
MA IPSA DE THESAVRO ECCLESIÆ PER MODVM SVFFRAGII INDVLGENTIAM
CONSEQVATVR ITA VT D̄N̄I N̄R̄I IESV X̄P̄TI AC B̄M̄Æ VIRGINIS
MARIÆ SANCTORVMQVE OMNIVM MERITIS SIBI SVFFRAGANTIBVS A
PVRGATORII PŒNIS LIBERETVR BENIGNE CONCESSIT ATQVE INDVLSIT
NON OBSTANTIBVS IN CONTRARIVM FACIENTIBVS QVIBVSCVMQVE
PRÆSENTI IN PERPETVVM VALITVRO VOLVITQVE SANCTITAS SVA HANC
GRATIAM SVFFRAGARI ABSQVE VLLA BREVIS EXPEDITIONE LAPIDEO
QVE MONVMENTO INSCRIBI. DATVM ROMÆ DIE XXVI. SEPTEMBRIS
ANNO MDCCL.

FR. I. CARD. PORTOCARRERO PRÆF.[S]

S. Mar-

Digitized by Google

144.

S. Marthae.

In interiori coenobii pariete.

SSMÆ VIÆ CRVCIS SODALITIVM
QVOD HOC IN CÆNOBIO
SVB AVSPICIIS R. M. ABBATISSÆ ANGELÆ ANTONIÆ CARISSIMI
PRID. IDIB. FEBRVARII MDCCXXXVII
SACRIS LEGIBVS PERPETVO DECRETVM
CLEMENS XII P. O. M.
VIVÆ VOCIS ORACVLO BENIGNE APPROBAVERIT
INDVLGENTIASQVE CONFIRMAVERIT
MONIALES SORORIS TANTI PII OPERIS INSTITVTRICIS
AD FVTVRAM REI MEMORIAM
MONVMENTVM HOC PONI CVRARVNT
ANNO IVBILEI MDCCL

145.

S. Urbani.

In pariete.

D. O. M.
FVLVIÆ SFORTIÆ SIGNIENTIVM DVCI
CLARO E SANGVINE DE COMITIBVS
ORTAE GENERIS SPLENDORE
AC PIETATE PRECLARISSIMÆ FOEMINÆ
QVOD
EXCITATO EIVS CVRA CYNAECEO
PVELLARVM S. EVPHEMIAE
ECCLESIAM S. VRBANI
AB IVRE BASILICÆ S. LAVRENTII EXTRA MVROS

Digitized by Google

A S. M. CLEMENTE VIII. PONT. MAX.
AVELLI CVRAVIT
MONASTERIVM SACRAR VIRGINVM
SVB REGVLA S. CLARÆ
AC S. VRBANI VOCATIONE
A FVNDAMENTIS EREXIT ANNO MDC.
IPSVMQ PERPETVIS REDDITIBVS
VIGINTI MILLIA H. S. NVMMVM
IN SINGVLOS ANNOS DITAVIT
AC PERENNIBVS DVORVM SACERDOTVM
IN VNOQVOQVE DIE SACRIFICIIS
AVXIT ET AMPLIAVIT
PHILIPPVS DVX SFORZIA CESARINI
EC. ABNEPOS PIENTISSIME
M. P.
ANNO IVB. MDCCL.

146.

S. Petri in Vinculis.

Humi.

D. O. M.
CANONICORVM REGVLARIV̄
SS.
SALVATORIS
CONGREGATIONIS RHÆNANÆ
CINERES
HIC EXPECTANT
ADVENTVM
GLORIÆ MAGNI DEI
ANNO DOMINI
M. DCC. LI

S. Ru-

Digitized by Google

147.

S. Rufinae in Tranſtyberim.

In ſacrarii pariete.

TABELLA
ONERVM MISSARVM
CELEBRANDARVM IN ECCLESIA
SS. RVFFINÆ, ET SECVNDÆ MART.
PRO ANIMABVS FRANCI PHILIPPI
PRATI, ET VXORIS EIVS, POSTEA
SORORIS HIERONYMÆ BIGINI DE
FVNCTÆ DOMI SS. RVFF. ET SECVN.
EX ASSE HÆREDES MONIALES.
DVÆ MISSÆ SINGVLIS MENSIB. PRO ANI
MAB. FRAN. PHILIPPI PRATI, VXORISQVE
HIERONYMÆ BIGINI.
BIS ANRIA DE REQ. QLT ANNO PRO AMA
EIVSD. HIERONIMÆ DIE IX. AVG.
QLT ANNO MISSA VNA CANTA DE REQ
PRO AMA FRAN. PHILIP. PRATI DIE XXX. SEPT.
IN PERPETVV DE DIE LAMPAS LVCEAT
ANTE ALTARE SS. CRVCIF. IN EAD. ECCLIA
MISSA VNA PPTVA IN ALTARI PRIVIL. IN
ECCLIA S. FRANCI AD RIPAM

Digitized by Google

148.

S. Mariae in Monticellis.

In pariete, cum imagine depicta.

D. O. M.
PETRO . PAVLO . IVLIANO . ROMANO
PHILOSOPHIÆ . ET . MEDICINÆ . DOCTORI
QVI . FRVCTVS . LOCORȜ . XXVII. MONTIS . SALIS
II. ERȜ . ET . LOCORȜ . DVORȜ . MONTIS . COM
MVNITATIS . II. ERȜ . IN . ISTA . ECCLESIA . S.
MARIÆ . DE . MONTICELLIS . PAROCHO . PRO
TEMPORE . PRO . SATISFACTIONE . AC . ADIM
PLEMENTO . INFRASCRIPTORȜ . LEGATORV̄
HIS . SVB . ONERIBVS . PERPETVO . RELIQVIT
PRO . VT . IN . EIVS . TESTAMENTO . IN . ACTIS
D. NICOLAI . RIGNANI . CVRIÆ . CAPITOLII
NOTARII . DIE . IV. APRILIS . MDCLII . CLAVSO
CONSIGNATO . AC . DIE . XIX. MARTII . APERTO
AD . QVOD . ET .C.
STEPHANVS . FLORIDVS. PAROCVS . LIVIVS
DE . CANONICIS . I. V. D. IO. ANGELVS . CVCCHIVS
ET . SEBASTIANVS . AGAZZIVS . EXECVTORES
TESTAMENTARII . MONVMENTVM . POSVERE

VIXIT . SVPT̄VS . PETRVS . PAVLVS . ANN. LXIII
OBIIT . SVP̄TA . DIE . XIX. MEN̄. MARTII . MDCLV

Ibidem.

Sub eodem monumento.

PRO MISSA QVOTIDIANA IN HAC ECCLESIA ET NON ALIVNDE
PERPETVO CELEBRANDA A CAPPELLANO ELIGENDO A PAROCHO
PRO
TEMPORE SVPRADICTÆ ECCLESIÆ SCVTA QVADRAGINTA QVINQ.
MONETÆ CVI PAROCHO RELIQVIT SCVTA VIGINTI PRO SVBMI-
NISTRA

TIO-

Digitized by Google

TIONE OMNIVM NECESSARIORVM PRO CELEBRATIONE SVPRADICTÆ
MISSÆ QVOTIDIANÆ
PRO ANNIVERSARIO QVOLIBET ANNO CÆLEBRANDO IN DIE SVI OBITVS
CVM MISSA CANTATA CVM DIACONO, ET SVBDIACONO CVM XXX
MISSIS MORTVORVM PRÆVIO CATAPHALCO CVM STEMMATIBVS AC
INSIGNIIS MORTVORVM SEX FACIBVS ACCENSIS ALIISQ. LVMINIBVS
CIRCVMCIRCA DECENTER ORNATO IN MAIORI ALTARI SEX CANDELIS
ET IN RELIQVIS ALTARIBVS DVAS CONSVMENDAS ALIASQ ADSTAN
TIBVS DISTRIBVENDAS PRO ANIMA IPSIVS PETRI PAVLI
SVORVMQVE FILIORVM, AC CONSANGVINEORVM
SCVTA VIGINTIVNVM CVM DIMIDIO
PRO DOTE QVOLIBET ANNO CVM VESTE CONSIGNANDA IN DIE
PRÆFATI ANNIVERSARII PVELLÆ OMNINO ORPHANÆ HVIVS
PAROCHIÆ ARBITRIO PAROCHI PRO TEMPORE ELIGENDÆ ET ANNI
VERSARIO PRÆDICTO ASSISTENTI SCVTA VIGINTI QVINQVE
PRO PANE AB EODEM PAROCO PAVPERIBVS EIDEM ANNIVERSARIO
PRÆSENTIBVS DISPENSANDO SCVTA DECEM
RELIQVOS VERO FRVCTVS HABEAT PAROCHVS PRO TEMPORE
OB LABORES, ET VT EXEQVI FACIAT SVPRADICTA LEGATA
AC TRES CEREAS TORCEAS LIBRARVM TRIVM PRO QVALIBET IN
EIVS SEPVLCHRO PER TOTVM MANE DIEI SECVNDÆ MENSIS
NOVEMBRIS CVIVSLIBET ANNI IN PERPETVVM ARDERE FACIAT
SED SI PAROCHVS QVOLIBET ANNO PRÆDITA (ſic) NON ADIM
PLEVERIT PRÆSENS LEGATVM CVM EISDEM ONERIBVS DEVENIAT
AD PATRES ECCLESIÆ SANCTI PAVLI REGIONIS ARENVLÆ ET LATIVS
PROVT IN SVPTO EIVS TESTAMENTO AD QVOD ETC.

S.Sal-

Digitized by Google

149.

S. Salvatoris in Unda.

In ſacrario.

TENEATVR PROCVRATOR
GENERALIS PRO TEMPORE
CELEBRARE ANNIVERSARIVM
PRO OMNIBVS
ANTECESSORIBVS SVIS
DEFVNCTIS DIE III
NOVEMBRIS CVIVSLIBET
ANNI

150.

S. Clarae in Quirinali.

Humi.

D O M.
ANDREÆ BRVGIOTTO ROMANO
SPECTATÆ INTEGRITATIS ET PIETATIS VIRO
ORATORY CONGREGATIO IN VRBE
HÆRES EX ASSE
PRO EIVS MODESTIA
ET SACRARVM LOCI HVIVS VIRGINVM
RELIGIOSA HVMILITATE
SIMPLEX GRATI ANIMI MONVMENTVM
POS.

151.

S. Apolloniae.

Humi.

HIC
SORORES EX TERTIO DIVI FRANCISCI ORDINE
QVIESCVNT
DONEC OPTATA VENIANT

FINIS TOMI PRIMI.

17.388 vol I
2

Digitized by Google

Digitized by Google